

27

1766

Gregor

Gregor


METHODUS EXCELLENTIS PIETATIS, INDIES ARDENTER DEUM TRIUNUM ADORANDI, D.NI VIRGINEAM MATREM HONORANDI, SANCTOSQUE CÆLICOLAS INVOCANDI,

Reimpressa & Methodo Confitendi, ac communicandi ex Manuscriptis S. Francisci Salesii, aliisque affectibus SS. Patrum

ADAUCTA.

S. Er. M. Argent.

WRATISLAVIÆ,
Typis Academ. Collegii Soc. Jesu. 1758.





EXERCITIUM MATUTINUM.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

In Nomine Domini mei Jeſu Chriſti crucifixi ſurgo, ✠ qui me ſuo ſanguine pretioſo redemit, ille me benedicat,



regat, custodiat, & ad vitam deducat æternam, Amen.

Jesus Nazarenus ✠, Rex Judæorum ✠, Titulus Domini nostri Jesu Christi triumphalis liberet me à subitanea, improvisa, mala morte, & ab omnibus malis. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis, miserere mei.

Crux Christi protege me ✠, Crux Christi defende me ✠, Crux Christi salva me ✠.

An-

Antiph. Te invoco, Te laudo, Te glorifico, O beata Trinitas!

℣. *Sit nomen Domini benedictum.*

℟. *Ex hoc nunc, & usque in ſæculum.*

Protector in te ſperantium Deus, ſinè quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, multiplica ſuper me miſericordiam tuam, ut te Rectore, te Duce, ſic tranſeam per bona temporalia, ut non amittam æterna. Per Dom. A.

ORATIO
S. Thomæ Aquinatis
ad emendationem vitæ quotidie recitanda.

Concede mihi miſericors Deus, quæ tibi placita ſunt, ardenter concupiſcere, prudenter inveſtigare, veraciter agnoſcere, perfectè adimplere. Ad laudem & gloriam nominis tui ordina ſtatum meum: & quod à me requiris, ut faciam: tribue, ut ſciam; & da exequi, ſicut oportet, & expedit animæ meæ. Da mihi,

mihi, Domine Deus meus, inter prosperа & adversa non deficere: ut in illis non extollar, in istis non deprimar; de nullo gaudeam, vel doleam, nisì quod ducit ad te, vel abducit à te. Nulli placere appetam, vel displicere timeam, nisì tibi. Vilescant mihi Domine omnia transitoria, & cara mihi sint omnia tua propter te, & tu Deus super omnia. Tædeat me gaudii, quod est sinè te, nec aliquid cupiam, quod est

extra te. Delectet me Domine labor, qui est pro te, & tædiosa mihi sit omnis quies, quæ est sinè te. Frequenter da mihi Domine cor ad te dirigere, & in defectione mea cum emendationis proposito dolendo pensare. Fac me, Domine Deus, obedientem sinè contradictione, pauperem sinè defectione, castum sinè corruptione, patientem sinè murmuratione, humilem sinè fictione, hilarem sinè dissolutione, tristem

ſtem ſinè dejectione, maturum ſinè gravitate, agilem ſinè levitate, timentem ſinè deſperatione, veracem ſinè præſumptione, proximum corrigere ſinè elatione, ipſum ædificare verbô, & exemplô ſinè ſimulatione. Da mihi Domine Deus cor pervigil, quod nulla abducat à te curioſa cogitatio: da nobile, quod nulla deorſum trahat indigna affectio: da rectum, quod nulla obliquet ſiniſtra intentio: da invictũ, quod



nulla frangat tribulatio: da liberum, quod nulla ſibi vendicet perverſa & violenta affectio. Largire mihi Domine Deus meus, intellectum te cognoſcentem, diligentiam te quærentem, ſapientiam te invenientem, converſationem tibi placentem, perſeverantiam te fideliter expectantem, & fiduciam te finaliter amplectentem; tuis pœnis configi per pœnitentiam, tuis beneficiis uti in via per gratiam, & tan-

tandem tuis gaudiis in patria perfrui per gloriam. Qui cum Patre, & Spiritu S. unus Deus vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Pater noſter.

Tu es Deus Deorum, ſanctus, fortis, immortalis, Tu ſolus facis mirabilia, Tu es magnus, Tu es altiſſimus, Tu es omnipotens Pater, & Rex cœli, & terræ. Tu trinus & unus Deus, vivus, verus, ſummum, & infinitum bonum: Da mihi fi-

dem rectam, ſpem firmam, charitatem perfectam, ut propter teipſum faciam, quod ſcio te velle, & ſemper velim, quod tibi placet. Tibi Pater æterne omnia mea deſideria, intentiones, & orationem offero, in unione deſideriorum, intentionum, & orationum Filii tui, Dei mei, Jeſu, ut tibi placeant amore illius, Amen.

Qui es in cœlis.

Benedictus Adonay, laudatus, & ſuperexaltatus

altatus in ſæcula: Tibi omnes Angeli, Tibi cœli, & univerſæ poteſtates, Tibi Cherubim, & Seraphim, inceſſabili voce proclamant: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth. Tibi laus, honor, virtus, & gloria, benedictio, claritas, & gratiarum actio, & fortitudo: Tibi ſupplico, ut mihi largiri digneris ſanctum tui amorem & timorem, qui me à peccatis cohibeat, per viam mandatorum tuorum ad vitam

tam



tam deducat æternam, Amen.

Sanctificetur nomen tuum.

Ut clarè agnoſcaris, & ego agnoſcam beneficiorum tuorum magnitudinem, promiſſionum tuarum adimpletionem, Majeſtatis tuæ alttitudinem, & Judiciorum tuorum profunditatem. Gratias tibi ago, Deus meus pro omnibus beneficiis tuis, quæ à te accepi; doleo amore tui de omnibus malis, & peccatis meis, quæ tibi reddidi pro tot

tot bonis. Rogo te, da mihi peccatorum meorum remiſſionem, & perſeverantiam in bono, quibus maximè egeo ad gloriam tuam, Amen.

Adveniat regnum tuum.

Omnipotens, ſempiterne Deus, te humiliter deprecor, ut non permittas perire me, quia tua creatura ſum; ſed concede mihi ſpatium vivendi, ut ante diem horámque exitûs mei, per veram pœnitentiam, fidémque rectam, & puram confeſſio-



feſſionem, tibi omnipotenti Domino in hac præſenti vita placere, & poſt hanc temporalem, æternam conſequi merear, A.

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

Suſcipe Domine univerſam meam libertatem, accipe memoriam, intellectum, & omnem voluntatem: quidquid habeo, vel poſſideo, mihíque largitus es; id tibi totum reſtituo, & tuæ ſanctiſſimæ voluntati trado gubernandum; ſi-

cut

cut ſcis, & ſicut vis, fac mecum Domine: da mihi in adverſis patientiam, in proſperis modeſtiam; omnia à te agnoſcere, & in utroque tuæ ſanctæ voluntati reſignanter ſubmittere, Amen.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Scis Domine, quid animæ meæ ſaluti conveniat; poſcenti ergo mihi, quod admonet neceſſitas, hoc tua concedat miſericordia, unde ſpiritualis non impediatur



utilitas. Oratio igitur humilitatis meæ, ſi expedit in temporalibus, ità exaudiatur, ut voluntas tua principaliter ſemper compleatur, Amen.

Et dimitte nobis debita noſtra.

Domine Jeſu Chriſte, verus Deus, & Homo, Creator, Redemptor, ac Salvator meus, ſolo amore tui doleo ex toto corde, quòd te Deum Creatorem meum offenderim, quem amare debui, & volo ſuper omnia. Firmiter

miter ergo ſtatuo, ac propono, ſolo amore tui non ampliùs peccare, omnes peccandi occaſiones devitare, peccata mea confiteri, pœnitentiam injunctam exſolvere; & ſi quid alicui debeo, reſtituere. Amore tui remitto omnem injuriam à quocunque mihi illatam; inſuper ad expianda peccata mea offero Majeſtati tuæ vitam, labores, & ſudores, ac opera mea bona univerſa. Ut verò humillimè peccatorum meo-



rum veniam efflagito; ità confido ea ab infinita tua bonitate mihi fore remittenda; præstandam etiam gratiam, quâ vitam meam seriò emendem, & in sanctissimo tuo servitio constanter in finem usque perseverem, Amen.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Omnem injuriam à quocunque mihi illatam, amore tui ex toto corde meo remitto; & si non tam perfectè aliis dimitto, quàm debeo, fac Domine,

mine, ut id faciam; quo merear, ut & mihi dimittatur. Aufer de corde meo omne odium, omnem invidiam, & omnem ſpiritum iræ, & vindictæ, ut injurias illatas patienter ferre & ſincerè remittere, earum obliviſci, atque his non obſtantibus, ſecundùm tuum præceptum, proximum meum, ſicut me ipſum diligere poſſim, Amen.

Et nè nos inducas in tentationem.

In tentationibus clemen-

tiſſime Deus, nè me deſeras, neque me perſequentibus tradideris. Lava me Domine, & ſuper nivem dealbabor: cuſtodi me, ùt pupillam oculi tui, Rex meus, & Deus meus; extingue in me deſideria carnis, & accende ignem tui amoris, retrahe me à concupiſcentia mundi, & da mihi cœleſtia ſectari. Protege me in tentationibus, dum manifeſtè, vel occultè me Dæmon aggreditur, & fac Domine, virtus ſalutis

meæ,

meæ, nè ſim de numero eorum, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: obumbra caput meum in die belli, ſpes mea in die afflictionis, Amen.

Sed libera nos à malo; Amen.

A præterito per contritionem & pœnitentiam, à præſenti per gratiæ tuæ cuſtodiam, à futuro per ſanctam in ſanctiſſimo tuo timore perſeverantiam, Amen.

Ave Maria, &c.

Credo in Deum Patrem, &c.

Confiteor Deo omnipotenti, &c.

Misereatur mei omnipotens Deus, & dimissis peccatis meis perducat me ad vitam æternam, A.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum meorum tribuat mihi omnipotens, & misericors Dominus, Amen.

℣. *Dignare Domine die isto.*

℟. *Sine peccato me custodire.*

℣. Miserere mei Domine.

℟. Miserere.

℣. Fiat misericordia tua Domine super me.

℟. Quemadmodum speravi in te.

℣. In te Domine speravi.

℟. Non confundar in æternum.

℣. Domine exaudi orationem meam:

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei me perve-

nire fecisti, tua me hodie salva virtute, ut in hac die ad nullum declinem peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam mea procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Am.

Qui habitat in adjutorio Altissimi: in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet Domino: ſuſce-
ptor meus es tu, & refu-
gium meum: Deus meus
ſperabo in eum.

Quoniam ipſe libera-
vit me de laqueo venan-
tium: & à verbo aſpero,

Scapulis ſuis obum-
brabit tibi: & ſub pen-
nis ejus ſperabis.

Scuto circumdabit te
veritas ejus: non time-
bis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die,
à negotio perambulante
in tenebris: ab incurſu, &
dæmonio meridiano.

Ca-



Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine ſpes mea: Altiſſimum poſuiſti refugium meum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandavit de te: ut cuſtodi-

ſtodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & baſiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eri-

piam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi ſalutare meum.

Gloria Patri, &c.

ORATIO.

Deus, qui contritorum non deſpicis gemitum, & mœrentium non ſpernis affectum; adeſto precibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus, eásque clementer exaudi: ut quidquid contra nos diabolicæ, atque humanæ mo-

moliuntur adverſitates, ad nihilum redigatur, & conſilio tuæ pietatis elidatur; quatenus nullis adverſitatibus læſi, ſed de omni tribulatione, & anguſtia erepti, in Eccleſia tua tibi gratias referamus. Dimitte Domine peccata noſtra; tribue nobis miſericordiam tuã, quam precamur, ut humilitatem noſtram attendas, vincula ſolvas, delicta deleas, tribulationem inſpicias, adverſitatem repellas, effectúmque petitio-

titionis noſtræ largiens ſupplices tuos clementer exaudias. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Deus propitius eſto mihi peccatori, & cuſtodi me, ſis mecum omnibus diebus, ac noctibus vitæ meæ, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, miſerere mei, & mitte mihi in adjutorium ſan-

ſanctum Michaëlem Archangelum, qui me defendat, ac protegat ab omnibus inimicis meis, à malis omnibus, infirmitatibus, infortunio, fraude, ac dolo. S. Michaël Archangele, defende me in prælio, ut non peream in tremendo judicio. O ſancte Michaël Archangele! per gratiam, quam meruiſti, te deprecor, & per unigenitum Filium Dei, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut eripias me à periculo mor-



tis. Sanɛ̃te Gabriel, Sanɛ̃te Raphaël, omnes Sanɛ̃ti Angeli, & Archangeli Dei ſuccurrite mihi. Precor vos omnes Virtutes cœlorum, exorate mihi auxilium, & potentiam, ut nullus inimicus mihi nocere poſſit, nec in domo, nec in via, nec per aquam, nec per ignem, nec per aërem, nec per terram, nec offendar à ſubitanea, & improviſa mala morte, nec me dormientem, aut vigilantem opprimat, aut lædat. Ecce

ce Crucem ✠ Domini, fugite partes adverſæ, vicit Leo de Tribu Juda, Radix David, Alleluja. Salvator mundi ſalva me, qui per crucem, & ſanguinem tuum proprium redemiſti me: auxiliare mihi, te deprecor Deus meus! Agios Otheos, Agios Iſchyrios, Agios Athanatos, Eleiſon Imas: Sancte Deus, Sancte Fortis, Sancte Immortalis, miſerere mei.

JESUS ✠ MARIA.

Benedicat mihi Domi-



nus, & custodiat me, ostendat mihi faciem suā, & misereatur mei; convertat vultū suum ad me, & det mihi pacem. Dominus benedicat me, & liberet me ab omnibus malis, secundùm fidem meam: quia si possum credere, omnia possibilia sunt credenti.

In nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spir. sancti ✠, A.

Commendatio ad Christum crucifixum pro felici morte.

Ad te Domine JESU Chri-

Christe, Fili Dei vivi, Deus cordis mei! ad te clamo, & suspiro indignissimus famulus tuus, pro quo non dubitâsti manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. A tua immensa bonitate, & clementia, per sanctissima illa quinque vulnera, quæ tibi in cruce nostri amor inflixit, per acerbissimos dolores tuos, per sanctissimam passionem, & mortem tuam, & præsertim per amaritudinem illam, quam su-

ſtinuiſti in Cruce, dum benedicta anima tua de ſanctiſſimo corpore tuo egrediebatur, peto ſupplíciter: miſerere in egreſſu ſuo afflictæ animæ meæ, quam pretioſo ſanguine redemiſti; Dic Patri tuo pro me moriente: *Pater! dimitte illi.* Dic Matri tuæ: *Ecce Filius tuus.* Dic animæ meæ: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Deus! Deus meus! nè derelinquas me! ſitio ad te fontem ſalutis. Conſummatur tempus vitæ meæ.

Da

Da mihi illud unicum, & ſummè neceſſarium, piè curſum conſummare, bene mori, & requieſcere in pace. In manus tuas commendo ſpiritum meum, qui es ſalus, vita, & reſurrectio noſtra, per quem ſalvati, & liberati ſumus; cui ſit laus, honor, & gratiarum actio, per infinita ſæcula, Amen.

Pii affectus ad Eundem.

Recordare Jeſu pie,
Quòd ſim cauſa tuæ viæ,



Nè me perdas illa die.
Quærens me, ſediſti laſ-
ſus:
Redemiſti, crucem paſ-
ſus,
Tantus labor non ſit
caſſus.
Juſte Judex ultionis,
Donum fac remiſſionis,
Ante diem rationis.
Ingemiſco tanquam re-
us:
Culpâ rubet vultus me-
us:
Supplicanti parce De-
us.
Qui Mariam abſolviſti,

Et latronem exaudîſti,
Mihi quoque ſpem dediſti
Preces meæ non ſunt dignæ:
Sed tu bonus fac benignè.
Nè perenni cremer igne.

Commendatio ad B. V. & Sanctos.

O piiſſima Virgo, amaritudine, & doloribus plena, Mater Jeſu, Regina Martyrum Maria, me in tuam clientelam ſuſcipe! Vóſque omnes Sancti, &



Sanctæ Dei, præſertim hodierni, & diei mortis meæ; & Vos, ô beatæ in cœlis animæ, quondam Jeſu Crucifixo peculiariter devotæ, Vos ego, per ardentiſſimum veſtrum erga Jeſum crucifixum amorem oro, & obteſtor; impetrate mihi verum omnis omnino peccati horrorem, ſincerum crucifixi Jeſu amorem, vitam verè Deo placentem, mortem ſanctam, & beatam æternitatem.

In honorem, & reverentiam

tiam Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, Pater, & Ave &c.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparâsti, quæsumus: ut sicut ex morte ejusdem Filii tui prævisa, eam ab omni labe præservâsti, ità nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Lau-



Lauderis mi Domine propter illos, qui pro tuo amore offenſas dimittunt, & patienter ſuſtinent tribulationem, & infirmitatem. Beati illi, qui in pace ſuſtinuerunt, quia à te Altiſſime coronabuntur. Domine da, quod jubes, fac, ut in omni actione mea interna, & externa habeam puritatem intentionis, atque ità loquar, & agam, ac ſi ultima eſſent, quæ loquor, quæ ago. Da Domine, ut ſim domitor, &

do-

dominus mearum passionum, & impetrem contra illas gratiam à te, qui es Dominus omnium Creaturarum, Amen.

O Domina mea sancta Maria, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ, hodie,(hac nocte)& quotidie, & in hora exitûs mei, animam meam, & corpus meum tibi commendo: omnem spem meam, & consolationem meam, omnes angustias,

&



& neceſſitates meas, vitam, & finem vitæ meæ tibi committo, ut per tuam ſanctiſſimam interceſſionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur, & diſponantur opera, ſecundùm tuam, tuíque Filii volutatem, Am.

Septem Piæ Oratiunculæ ad B. Virg. pro felici obitu in ſingulos hebdomadæ dies diſtributæ.

Die Dominico.

Ave gaude, ſalve Domina ſanctiſſima, Virgo Maria,

Maria, & Mater misericordiæ, & consolatrix, omnium ad te devotè confugientium; Cœli Regina, in cœleste palatium cum ingenti jubilo Sanctorum introducta, per te Sanctissima Virgo Maria, transitus de hoc mundo in extremis meis Catholica fide, pura confessione, corporis, & sanguinis Jesu Christi devota perceptione muniatur.

Feria II.

Propter honorem materni nominis & amorem

rem Virginei partûs tui, animam meam de hoc mundo migrantem clementer aſſume. Defende eam ab immundis ſpiritibus, eorúmque, accuſationibus, terroribus, læſionibus, & illuſionibus.

Feria III.

Veni Domina mea cum cœleſti militia, in exitu miſeræ animæ meæ, para ei iter tutum cùm ante diſtrictum judicem filium tuum ducta fuerit, & quia te piam Matrem miſericordiæ tunc invocare

care non possum, ideo nunc animam meam in illa fide recommendo tibi, in qua Deus Pater unigenitum filium suum commendavit, quando eum de te carnem sumere voluit, in qua ipse Filius Dominus Jesus Christus in cruce pendens te S. Joanni in Matrem & illum tibi in Filium commendavit, in qua SS. Trinitas in transitu tuo animam tuam sanctissimam suscepit, téque ad thronum gloriæ collocavit;



ità & tu clementiſſima VirgoMaria animam meam non deſeras, quousque tuis meritis, & precibus gratiam & miſericordiam à dilecto Filio tuo Domino noſtro JESU Chriſto obtineat,& quod minus habent mea merita, ſuppleat gratia tua, & miſericordia, quia tu es unica ſpes, & miſericordia mea cum Domino Jeſu noſtro.

Feria IV.

Surge ergo pia, ſurge propitia, intra Sanctu-

ari-

arium exauditioins, expande immaculatas manus tuas ante aureum altare humanæ reconciliationis. Erit per te impetrabile, quod per te ingero, erit excuſabile, quod timeo. Non poteſt diu ſuſtinere ſupplicantem, quem tu ſæpiſſimè conſolata es dulcis Mater vagientem. Tibi ergo Genitrix vitæ, o Mater ſalutis, ô templum pietatis, & miſericordiæ! tibi ſe commendat peccatrix anima mea morbo vitio-

rum ſciſſa, ulceribus flagitiorum putrida, ut tuis meritis, & precibus digneris eam ſanare, tuóque Filio reconciliare.

Feria V.

O clementiſſima ô piiſſima, ô dulciſſima Virgo Maria! propter ineffabilem miſericordiam, & virgineum partum, eripe animam meam in ultima hora egreſſionis ejus à corpore ab omni poteſtate, & invaſione dæmonum, ne cum ipſis impiis, æternis deputetur incendiis,

diis, ſed pro judicio tuæ inexhauſtæ pietatis, & miſericordiæ, reſtitue eam in paradiſum jucunditatis æternæ.

Feria VI.

Eſto mihi o Virgo Maria in extremis meis auxiliatrix adſis mihi o beatiſſima Virgo Maria, in illa hora, quando præmortuam linguam meam movere non potero ad te invocandum, & cùm oculos meos levare non potero ad te Virgo Maria, eſto tunc memor pre-

cum mearum, quas nunc ad te fundo.

Sabbatho.

Subveni mihi Domina in hora resolutionis meæ, ne princeps tenebrarum mihi occurrat, nec potestas inferorum adversùm me prævaleat. Nec patiaris ô Virgo Dei Genitrix! animam meam gehennalibus pœnis subjacere, sed eam ab æternæ mortis caligine libera, ipso auxiliante & misericorditer concedente, quem tu concipere, pare-

re

re & lactare meruiſti, Jeſu Chriſto Filio tuo Domino noſtro, qui cum Patre & Spiritu Sancto, vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

O Angele Dei, qui cuſtos es mei, me tibi commiſſum, pietate ſuperna, hac die illumina, cuſtodi, rege, & guberna, ut à Dei gratia, & fide Catholca nunquam excidam; ſed in utraque usque ad finem jugiter perſeverem, & Chriſtianæ



perfectionis mensuram adimplere valeam, Am.

Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Omnipotens, æterne Deus, qui me, licèt indignum, ad imaginem tuam creâsti, & Angelum tuum sanctum ad mei custodiam deputâsti, da mihi, obsecro, servo tuo, illius ductu, & custodia malorum omnium, tam animæ, quàm corporis pericula fideliter transire, & post vitæ hujus curricu-

riculum ad æterna gaudia cum illo pervenire Amen.

Antiph. *Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ Dei Oeconome, cui panem vitæ, & frumentum Electorum conservâsti.*

℣. *Ora pro me sanctissime Joseph.*

℟. *Ut dignus efficiar promissionibus Christi.*

OREMUS.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæso Domine, meritis adjuver, ut,

quod possibilitas mea non obtinet, ejus mihi intercessione donetur.

Beatæ Mariæ Magdalenæ, obsecro Domine, meritis adjuver: ut, qui sinè tua gratia verum de peccatis dolorem concipere nequeo, ejus suffragiis conceptum habere, & veniam peccatorum, ac vitæ meæ malè transactæ emendationem consequi merear.

Concede Omnipotens, æterne, ac misericors De-

Deus, ut per interceſſionem Sanctæ Barbaræ Virginis, & Martyris tuæ, à ſubitanea, improviſa, & mala morte non opprimar, ſed ante diem, horámque obitûs mei confeſſione, & cœleſti viatico muniar, contra hoſtes omnes viſibiles, & inviſibiles inhac vita defendar, in agone mortis autem ab incurſu dæmonum liberer, & ſic ad vitam deducar æternam, Amen.

Vita

Vita Morientium, desiderium bonæ mortis.

Opto mori: quia mortalis ſum naturâ meâ, & Dei creatoris mei ſic factus ſum voluntate, fiat ergo voluntas tua,

Opto mori: in teſtimonium, & proteſtationem tuæ ſupremæ poteſtatis, dominiique in me divini, tum totalis meæ, rerúmque omnium à Deo dependentiæ.

Opto mori: ut primi originalis peccati pœnam etiam mihi juſto Dei judi-

judicio, inflictam, expleam morte, tandemque illud finaliter expiem.

Opto mori, ut ſim extra periculum omne peccandi, vel in minimo contra dignitatem, Majeſtatem, Sanctitatem, Bonitatem Dei mei.

Opto mori, ut ſequar exemplum pretioſiſſimæ Dei Matris Mariæ Dominæ meæ, quæ carens alioquin moriendi debito mori tamen voluit & ipſa, ut ſua morte mortem filii honoraret.

Opto mori: ut in articulo mortis meæ omnes Dei mei voluntates circa me abſolutiſſimè impleantur?

Opto mori: ut citiùs finem ultimum, ad quem creatus ſum, aſſequar.

Opto mori: ex deſiderio quàm primùm accedendi ad Sanctos, eósque videndi cum pretioſiſſima Dei Matre: Verbi quoque Incarnati ſacratiſſimam humanitatem; præ omnibus autem Trini

ni, & unius Dei essentiam; ut mediante morte mea tandem Deo æternaliter, ac beatificè conjungar in gloria consumata.

Opto mori: ne amplius exosâ vitâ meâ alios scandalizem.

Opto mori: ut in Ecclesia sepultus, nunquam amplius avellar, & recedam à præsentia Augustissimi Sacramenti.

Opto mori: ut finaliter de thesauro Ecclesiæ, sanctorúmque communione participem.

LITANIÆ
DE
SS. PATRONIS.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili Redemptor Mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miſerere nobis.

San-

Sancta Maria,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Sancte Michaël,
Sancte Gabriel, } Ora pro nobis.

Sancte Raphaël, ora pro nobis.

Sancte Angele mi custos, ora pro me, & tuere me.

Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.

Omnes sancti Beatorum Spirituum Ordines, orate pro nobis.



Sancte Joannes Baptista,
Sancte Josephe,
Sancte Joachim,
Sancte Wilibrorde,
Sancte Eustachi,
Sancte Huberte,
Sancte Joannes Nepomucene,
Sancte Norberte,
Sancte Procopi,
Sancte Wenceslaë,
Sancte Antoni de Padua,
Sancte Francisce Seraphice,

Orate pro nobis.

San-

Sancte Petre de Alcantara,
Sancte Ignati,
Sancte Franciſce Xaveri,
Sancte Aloyſi,
Sancte Philippe Neri,
Sancte Libori,
} Ora pro nobis.

Sancti Fauſtine, & Jovita, orate pro nobis.

Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ,
Omnes ſancti Apoſtoli, Evangeliſtæ, & Diſcipuli Domini,
Omnes ſancti Innocentes, & Martyres,
} Orate pro nobis.

Omnes Sancti Pontifices, & Confeſſores, orate pro nobis.

Omnes Sancti Doctores, Sacerdotes, Levitæ, Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.

Sancta Anna,
Sancta Maria Magdalena,
Sancta Catharina,
Sancta Barbara,
Sancta Apollonia,
Sancta Hedwigis,
Ora pro nobis.

Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ, orate pro nobis.

Om-

Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.



Omnes Sancti tui, quæso Domine, me semper, & ubique adjuvent, & intercessione sua lætificent; ut, dum eorum merita recolo, patrocinia sentiam; & pacem tuam meis concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam, iter, actus, & voluntatem meam, & omnium famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone; Benefactoribus meis sempiterna bona retribue, fidelibus defunctis

ctis requiem æternam concede, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis meis mereor, à me clementer averte. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

De Sancto Liborio Episcopo, & Confessore,

HYMNUS.

Christi Præsul egregius
Pro nobis hìc Liboribus,
Oret Deum Altissimum,
Nè pro culpa peccaminum
Morbô vexemur calculi:
Succurrant nobis Angeli,

Et poſt vitæ certamina,
Ducant ad vera gaudia.

℣. *Ora pro nobis beate Libori.*

℟. *Ut à calculi doloribus mereamur erui.*

ORATIO.

Deus, qui Beatum Liborium Pontificem, & Confeſſorem aliis innumeris clarum miraculis ſpeciali in medendis arenæ, & calculi doloribus privilegio decorâſti: tribue, quæſumus; ejus meritis, & interceſſione, ità ab iis, & aliis malis nos erui,

erui, ut ſimul gaudiis æternis mereamur perfrui. Per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, Am.

RESPONSORIUM

De S. Antonio de Padua.

℣. Si quæris miracula, mors, error, calamitas, dæmon, lepra fugiunt, ægri ſurgunt ſani.

℞. Cedunt mare, vincula, membra, résque perditas petunt, & accipiunt juvenes, & cani.

℣. Pereunt pericula, ceſſat & neceſſitas, nar-

rent hi, qui ſentiunt, dicant Paduani.

℟. Cedunt mare, vincula, membra, résque perditas petunt, & accipiunt juvenes, & cani.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

℟. Cedunt mare, vincula, membra, résque perditas petunt, & accipiunt juvenes, & cani.

℣. *Ora pro me beatiſſime Antoni.*

℟. *Ut dignus efficiar promiſſionibus Chriſti.*

ORA-

ORATIO.

Mitiſſime, ac Clementisſime Jeſu, qui Beatum Antonium Confeſſorem tuum perpetuis illuſtras miraculorum ſplendoribus: concede propitius; ut, quæ per ejus merita fideliter petimus, per ejusdem interceſſionem efficaciter conſequamur, Amen.

Ad S. Joannem Nepomucenum.

Deus, cui ſoli debetur omnis honor, & gloria,

ria, per glorioſa merita S. M. tui Joannis Nepomuceni te ſuppliciter exoro, ut omnem infamiam, & confuſionem publicam, undecunque mihi impendentem, miſericorditer avertere digneris, & concede ſic uti honore temporali, ut æternam confuſionem evadere & in cœleſti gloria merear collocari. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui ab æterna confuſione, ignominioſa morte crucis nos rede-

redemit, & nunc tecum vivit, & regnat Deus &c.

Ad S. Florianum M.

Deus, qui me B. Floriani Martyris tui ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut cujus glorioſum triumphum veneror in terris, ſocietatis ejus lætitiam adipiſci merear in cœlis. Per Dom.

Ecce ✠ Crucem Domini, fugite partes adverſæ, vicit Leo de Tribu Juda, Radix David. Alleluja.

ORA-

ORATIO.

In afflictione.

Omnia, quæ fecisti mihi Domine, in vero judicio fecisti; quia peccavi tibi, & mandatis tuis non obedivi, sed da gloriam Nomini tuo, fac mecum secundùm multitudinem misericordiæ tuæ, propter merita acerbissimæ Passionis, & mortis unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, A. Mi-

Miserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis,

tuis, & vincas, cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me pater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Aver-

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Nè projicias me à facie tua: & Spiritum ſanctum tuum nè auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua

Sion:

Sion: ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, verus Deus, & homo, Creator, Redemptor, ac

Salvator meus, ſolo amore tui, doleo ex toto corde, quòd te Deum Creatorem meum offenderim, quem amare debui, & volo ſuper omnia; firmiter ergo ſtatuo, ac propono, ſolo amore tui non ampliùs peccare, omnes peccandi occaſiones devitare, peccata mea confiteri, pœnitentiam injunctam exſolvere, & ſi quid alicui debeam, reſtituere. Amore etiam tui remitto omnem injuriam à quocunque mihi illatam; in-

ſuper

ſuper ad expianda peccata mea offero Majeſtati tuæ vitam, labores, & ſudores, ac opera mea bona univerſa. Ut verò humillimè peccatorum meorum veniam efflagito; ità confido ea ab infinita tua bonitate mihi eſſe remittenda, præſtandam etiam gratiam, quâ vitam meam ſeriò emendem, & in ſanctiſſimo tuo ſervitio conſtanter in finem usque perſeverem, Amen.

PRECES
AD
MISSAM.

Deus meus, da mihi, & omnibus cor, ut te verè colamus, & faciamus tuam ſanctam voluntatem corde magno, & animo volente, Am.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti, Am.

Introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente

gente non ſancta: ab homine iniquo, & doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti, & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cythara *D*eus, Deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultûs mei, & Deus meus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, ſemper: & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Ad-

Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

Qui fecit cœlum, & terram.

Confiteor Deo omnipotenti, &c.

Miſereatur noſtri &c.

Indulgentiam, &c.

Deus tu converſus vivificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Aufer à nobis, quæſumus Domine, iniquitatem cordis noſtri, ut Sancta Sanctorum pura mente mereamur tibi offerre. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Am.

Oramus te Domine, per merita Sanctorum tuoruu (quorum Reliquiæ hìc ſunt) & omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata noſtra, Amen.

Ad

Ad Introitum. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Ad Gloria. Gloria in Excelſis Deo: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus Te, benedicimus Te, adoramus Te, glorificamus Te, gratias agimus Tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex cœleſtis, Deus Pater Omnipotens. Domine Fili unigenite Jeſu Cbriſte. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexteram Patris, miſerere nobis. Quoniam Tu ſolus Sanctus, Tu ſolus Dominus, Tu ſolus Altiſſimus Jeſu Chriſte, cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris, Amen.

Poſt Epiſtolam. Magne, & glorioſe Deus, & Domine mi Jeſu Chriſte illumina, oro te, tenebras mentis meæ, da mihi fidem

dem rectam, ſpem firmam, & charitatem perfectam; fac, ut agnoſcam te Domine, ità, ut ego in omnibus omnia ſecundùm tuam ſanctam voluntatem perficiam, Am.

Poſt Evangelium. Per Evangelica dicta, deleantur noſtra delicta.

Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, qui Evangelium vivo ore prædicâſti mortalibus, aperi, quæſumus mentem noſtram; ut huic verbo tuo

ſalvifico ſincera charitate adhæreamus, Amen.

Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, Factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum, ante omnia ſæcula, Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter

nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis: *Et Incarnatus eſt* de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas: & aſcendit in cœlum, ſedet ad Dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum,

Do-

Dominum & vivificantem, qui ex Patre, Filióque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas Et unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorū, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi, Am.

Ad Offertorium. Suſcipe Sancte Pater, Omnipotens æterne Deus,

hanc

hanc immaculatam Hostiam, quam Jesus Christus Filius tuus unigenitus Dominus noster unà nobiscum famulis tuis indignis offert tibi Deo nostro, vivo, & vero, pro innumerabilibus peccatis, & offensionibus, & negligentiis omnium circumstantium; sed & pro omnibus fidelibus Christianis vivis, atque defunctis, ut nobis, & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Am.

Deus, qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabiliùs reformâſti, da nobis per hujus aquæ & vini myſterium, ejus divinitatis nos eſſe conſortes, qui humanitatis noſtræ fieri dignatus eſt particeps, Jeſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter, qui tecum vivit, & regnat, in unitate Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Am.

Offerimus tibi etiam Domine, calicem ſalutaris,

ris, tuam deprecantes clementiam, ut in conspectum divinæ majestatis tuæ pro nostra, & totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat, Am.

In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te Domine, & sic fiat oblatio nostra in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi Domine Deus noster.

Dirigatur Domine oratio nostra, sicut incensum in conspectu tuo; pone Domine custodiam ori

noſtro, & oſtium circum-ſtantiæ labiis noſtris, ut non declinet cor noſtrum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Suſcipe Sancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Jeſu Chriſti Domini noſtri, & in honorem B. Mariæ ſemper Virginis, & Beati Joannis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum, Petri, & Pauli, & om-

omnium Sanctorum, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum, Am.

Oremus igitur Fratres, ut nostrum Sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem Omnipotentem.

Suscipiat Dominus Sacrificium hoc ad laudem, & gloriam Nominis sui,

ad utilitatem quoque nostram, totiúsque Ecclesiæ suæ sanctæ. Per omnia sæcula sæculorum, Am.

Sursum corda.

Habemus ad Dominū.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum, & justum est.

Verè dignum, & justum est, æquum, & salutare, nos Tibi semper, & ubique gratias agere, Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, per Christum Dominum nostrum. Per quem Maje-

ſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates. Cœli cœlorúmque virtutes, ac beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces, ut admitti jubeas, deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt cœli, & terra gloriâ tuâ.

Hoſanna in Excelſis.

Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Hoſanna in Excelſis.

Sub Canone. Te igitur Clementiſſime Pater, per Jeſum Chriſtum Filium tuum, Dominum noſtrum, ſupplices rogamus, ac petimus, utì accepta habeas, & benedicas hæc dona, hæc munera, hæc ſancta Sacrificia illibata, quæ tibi imprimìs offerimus pro Eccleſia tua ſancta Catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere di-

digneris, toto orbe terrarum, unà cum famulis tuis, Papa noſtro N. & Imperatore noſtro N. atque omnibus Orthodoxis Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei cultoribus.

Memento etiam Domine famulorum, famularúmque tuarum in terra viventium N.N. & omnium circumſtantium, quibus remiſſionem omnium peccatorum, vitæ malè tranſactæ ſinceram emendationem, & perſeverantiam in bono largiri

ri digneris: omnium enim tibi ſides cognita eſt, & nota devotio, cum quibus tibi offerimus hoc ſacrificium laudis pro nobis, noſtríſque omnibus, pro redemptione animæ noſtræ, pro ſpe ſalutis, & incolumitatis noſtræ, tibi reddentes vota noſtra æterno Deo vivo, & vero.

Communicantes, & memoriam venerantes, imprimìs glorioſæ ſemper Virginis Mariæ Genitricis Dei Domini noſtri

ſtri Jeſu Chriſti; ſed & Beatorum Apoſtolorum, ac Martyrum tuorum Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis, & Pauli, Coſmæ, & Damiani: & in omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis precibúsque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur

auxi-

auxiliô. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, quæſumus Domine, ut placatus accipias, diésque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæſo, benedictam, adſcriptam,

ratam rationabilem, acceptabilémque facere digneris, ut corpus, & ſanguis fiat dilectiſſimi Filii tui, Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Qui pridie, quàm pateretur, accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, & elevatis oculis in cœlum ad Te Deum Patrem ſuum Omnipotentem, Tibi gratias agens, benedixit, fregit, dedítque Diſcipulis ſuis, dicens: accipite, & manducate ex hoc omnes.



Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbô, & ſanabitur anima mea.

Deus propitius eſto mihi peccatori, & miſerere mei.

Ave verum Corpus, natum de Maria Virgine, verè paſſum, immolatum in cruce pro homine, cujus latus perforatum, undâ fluxit, & ſanguine, eſto

nobis

nobis prægustatum mortis in examine, Amen.

Simili modo postquam cænatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas, ac venerabiles manus suas, itèm tibi gratias agens, benedixit, dedítque Discipulis suis, dicens: accipite, & bibite ex eo omnes.

Salve nobilis, & pretiose Sanguis, de vulneribus Domini nostri Jesu Christi profluens, & delictorum nostrorum maculas abluens; ablue, sanctifica,

ctifica, & cuſtodi animam meam in vitam æternam, Amen.

Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi; quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum.

Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, pone Paſſionem, crucem, & mortem tuam inter judicium tuum, & animas noſtras, nunc, & in hora mortis noſtræ, & largiri digneris gratiam, & miſericordiam vivis; defunctis veniam, & requiem;

Ec-

Ecclesiæ tuæ pacem, & concordiam; & nobis peccatoribus vitam, & gloriam sempiternam, A.

Unde & memores Domine, nos servi tui, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri, tam beatæ Passionis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ Ascensionis, offerimus præclaræ Majestati tuæ de tuis donis, ac datis, Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculatam, Panem sanctum

vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ.

Supra quæ propitio, ac ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui juſti Abel, & Sacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ; & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum Sacrificium, immaculatam Hoſtiam.

Supplices Te rogamus Omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus

nus ſancti Angeli tui in ſublime Altare tuum, in conſpectum divinæ Majeſtatis tuæ, ut, quotquot in hoc Sacrificio Miſſæ peccata ſua corde ſincero deprecati fuerint, eorum veniam, & gratiæ cœleſtis benedictionem obtineant. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Memento etiam Domine famulorum, famularúmque tuarum NN. in tui nominis confeſſione defunctorum, qui nos

præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Ipſis Domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerii, lucis, & pacis, ut indulgeas, deprecamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Am.

Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus partem aliquam, & ſocietatem donare digneris cum tuis ſanctis Apoſtolis, & Martyribus, cum

Joanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anaſtaſia, & omnibus Sanctis tuis, intrà quorum nos conſortium, non æſtimator meriti, ſed veniæ quæſumus, largitor admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas, ſanctificas, vivificas, benedicis, & præſtas

nobis, per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo, eſt tibi Deo Patri Omnipotenti in unitate Spiritûs ſancti omnis honor, & gloria. Per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Oremus: Præceptis ſalutaribus moniti, & divina inſtitutione formati audemus dicere:

Pater noſter, &c.

Libera nos quæſumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris: & intercedente Beata & glorioſa ſem-

ſemper Virgine Dei Genitrice Maria, cum Beatis Apoſtolis tuis, Petro, & Paulo, atque Andrea, & omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus noſtris, ut ope miſericordiæ tuæ adjuti, & à peccatis ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tnum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.



Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

NB. *In miſſis pro Defunctis non percutitur pectus, nec dicitur* (miſerere nobis) *ſed ejus locò* (dona eis Requiem) *& in tertio additur* (ſempiternam.)

Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis; nè reſpicias peccata noſtra, ſed fidem Eccleſiæ tuæ; & largiri digneris, ut eradicato omni odio pacem cum inimicis noſtris obtinere, & habere poſſimus. Qui vivis, & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Am.

Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per



mortem tuam mundum vivificâſti; libera nos per hoc Sacro-ſanctum corpus, & ſanguinem tuum, ab omnibus noſtris iniquitatibus, & univerſis malis, & fac nos tuis ſemper inhærere mandatis, & à te nunquam ſeparari permittas. Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu Sancto, vivis, & regnas Deus, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oblatio corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod famuli tui indigni

of-

offerre præſumimus, non proveniat in judicium, & condemnationem: ſed pro tua pietate, proſit nobis ad tutamentum mentis, & corporis, & ad medelam percipiendā. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Am.

Poſt Communionem. Placeat tibi Sancta Trinitas, hoc obſequium ſervitutis noſtræ, & præſta, ut Sacrificium, quod oculis tuæ Majeſtatis indigni ob-



tulimus, tibi ſit acceptabile, nobíſque, & omnibus, pro quibus oblatum fuit, ſit te miſerante propitiabile. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Am.

Initium S. Evangelii ſecundùm Joannem.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſinè ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt,

eſt, in ipſo vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo

do erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed ex Deo nati ſunt. *Et Verbum Caro Factum Eſt*, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi

quaſi Unigeniti à Patre) plenum gratiæ, & veritatis.

Deo gratias.

Benedicat me Omnipotens Deus Pater ✠, & Filius ✠, & Spiritus Sanctus ✠, Amen.

Omnipotens, benigne, ac miſericors Deus, te oro humiliter, per innoxiam Filii tui mortem, concede mihi horam felicem, ac beatam, cùm anima mea diſceſſura eſt à corpore. Per eundem Dominum noſtrum, Am.

METHODUS CONFITENDI ET COMMUNICANDI

PRO

ANIMABUS SALUTI SUÆ INTENTIS,

Excerpta è Manuſcriptis

S. FRANCISCI DE SALES.

ORATIO.

Ante Examen.

Suprema, & adoranda Majeſtas, quam hìc præſentem credo, me reſpicientem, & auſcultantem, ſcrutantémque profundiſſimas cogitationes cor-

cordis mei; Adoro te, teneo te, & agnoſco te Deum, Creatorem, & legitimum Dominum meum, illum unicum, qui eſt, & qui, cùm per naturam ſuam plenitudo eſſentiæ ſit, non poteſt non eſſe; ideo debitam tibi ſoli adorationem exhibeo, inclinans animam meam, & flectens genua coram te: ut hoc latriæ cultu agnoſcam ſupremum, & abſolutum Dominium tuum, quod habes in omnes creaturas tuas.

O Deus lucis, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, cœla, ſi placet, in corde meo lucis, amoris, & doloris ductum; ut bene agnoſcam, oderim, & deteſter omnia peccata mea, qorum ſum reus ante faciem tuam.

Hìc facienda eſt reflexio accurata, in quibus contra Dominum Deum contra te, & proximum peccaveris: cogitatione, verbo, & opere, & omiſſione, *diſpecto, & notato numero,*

ro, & ſpecie ſaltèm mortalium peccatorum, quæ in Confeſſione explicentur. Deîn ſequens actus Contritionis elici poterit.

Actus Contritionis.

Deus meus, & omnia, infinitè amabilis! fateor peccata mea multiplicata eſſe ſupra capillos capitis mei, & arenas maris, & licèt eorum non foret, nisì unicum, illo perfectiones tuas infinitas offendi. O utinam mihi eſſent infiniti dolores, & pœnitudines, cùm

mihi motiva ſuppetant infinita, quæ me obligent ad dolendum! peccavi in bonitatem tuam; præhabens vilem creaturam, vanum honorem, tranſitoriam voluptatem, bonum leve amori tuo. Offendi ſupremam Majeſtatem tuam, quam adorare, cui ſervire, quam omni reverentiâ, omníque contentione poſſibili honorare debebam.

Ah Domine! propter tuimet amorem ignoſce mihi peccata mea; ô pulchri-

chritudo! ô bonitas infinita! quomodo ausus sum te odisse, & aspernari! prô! quantum doleo de brutali hoc, & irrationabili odio! ah nunquam ampliùs! nunquam amplius te offendam, ô Domine! malo millies bonorum, honoris, & vitæ jacturam pati, quàm displicere Deo, tam bono; & imprimìs per tale N. medium, tali N. vel tali peccato N. obicem ponã.

Quod ùt primùm poteris, faciendum.

Oratio ante Confeſſionem.

Supreme, & juſte Judex vivorum, & mortuorum, qui vides, & agnoſcis ſecretiſſima cordis mei! an fieri poteſt, ut me præſentare audeam coram te, poſtquam fui tibi infidelis? ſed eheu! non poſſum te fugere, ubique enim es, nec me abſcondere poſſum coram te, cùm omnia videas. Quid ergo? violavi toties ſanctitatem præſentiæ tuæ tot cogitationibus, & conſpectui

tuo abominabilibus acti-
onibus, ego, qui tum me-
tuebam teſtem habere
noviſſimum hominum.
Ah Deus meus! nè judi-
ces me in rigore juſtitiæ
tuæ, ſed ignoſce ſecun-
dùm magnitudinem mi-
ſericordiarum tuarum.
Deteſtor ex toto corde
meo, quidquid tibi in me
diſplicere potuit, & pa-
ratus ſum (adminiculô
gratiæ tuæ) quàm pote-
ro optimè, injurias tibi
factas expiare.

Dolor, quem habeo, te

offendiſſe, ô Deus meus! & odium, quo feror in peccata mea, cùm ſint æquô debiliora, ſupplico tibi, ó Deus ſanctitatis infinitæ! ut acceptes odium, quo ipſemet ea averſaris, & odium Filii tui Jeſu Chriſti in peccata ſuſcipias, unà cum ſancta ejus vita, & morte doloroſa, quam tibi offero in ſatisfactionem omnium offenſarum mearum.

Actus Spei.

O Deus meus! qui tam facilê motus fuiſti pre-

precibus publicani, lacrymis Magdalenæ, & petitione latronis pœnitentis, tu, qui expanſis brachiis, tantáque bonitate recipis omnes peccatores revertentes ad te, & implorantes clementiam tuam; ah Omnipotens Domine! nunquid invitâſti me, ſicut quemcunque alterum ad ſperandum de tua miſericordia? Spero itaque, ô Deus meus! quòd eandem mihi gratiam facturus ſis: quia decrevi

te ultrà nunquam offendere. Et quamvìs miser sim, veniáque indignus; confido tamen factæ mihi promissioni tuæ, quæ mihi asseverat, te non velle mortem peccatoris, sed ut convertatur. O quantas habeo rationes in te sperandi Redemptor meus! cùm tanta passus fueris in expiationem peccatorum meorum.

Actus bonæ resolutionis.

Protestor tibi Deus meus, totus bonus, & totus

tus misericors. Quòd, si mihi obtingere possit felicitas tecum in gratiam redeundi, & participandi divinos, charitatéque plenos favores, quos cum dilectis filiis tuis communicas, decreverim: tibi semper fidus permanere, & mori potius, quàm te deinceps quomodocunque offendere.

Oratio ad Dei param.

O Sanctissima, & gloriosa Virgo Mater Dei, in qua maximi peccato-

res

res inveniunt ſecuritatis aſylum, & quæ ſemper prompta es ad ſublevandos miſeros! Mater miſericordiæ, nullus unquam in te ſperavit, qui confuſus permanſerit; & ideo ad te recurro: ut adjutus meritis tuis, & ſuffultus gratiâ Filii tui, dignè poſſim confeſſionem meam peragere. Angeli, qui mihi dati eſtis indices conſilii, & viæ, aſſiſtite mihi, & orate pro me; & vos Sancti, & Sanctæ, ſub quorum protectionem me

me conſtitui, quæſo vos, impetrate mihi intercesſionibus veſtris remiſſionem peccatorum meorum, & gratiam, hanc Confeſſionem perficiendi adeò integram, & abſolutam, ac ſi vitæ meæ foret ultima.

Breviores Affectus.

Laus ſit meo Salvatori,
Quòd det mihi peccatori
Tempus pœnitentiæ.
In te, ô mi Deus! ſpero,
Amo te corde ſincero,
Quia Deus bonus es.
Dolet meum cor malignum,
Quòd te Deum tam benignum,

Vel ſemel offenderim.
Nolo ampliùs peccare,
Sed te, mi Jeſu, amare,
Volo totis viribus.
Ut peccata deteſtati
Sunt unquam omnes Beati,
Sic & ego horreo.
Sanguis Chriſti, & Sanctorum
Merita ſint peccatorum
Meorum redemptio.

Sic præparatus, omni humilitate exteriore, & interiore accede ad confeſſionale, nec feſtinanter, nec nimis præcipitanter, ſed ordini potiùs tuo modeſtè inſiſte; nec velis diſtingui à plebe, quantumcunque ſupra

ſupra cæteros elevatus; in omnibus tanquam reum te exhibe, & reſpice Sacerdotem, qualiscunque ſit, ùt perſonam ipſiusmet Jeſu Chriſti: cum ejus vices ſuppleat, eúmque præſentet.

Abſoluta Confeſſione.

Sit tibi Domine, obſecro, meritis B. ſemper Virginis Genitricis tuæ Mariæ, & omnium ſanctorum grata et accepta iſta confeſſio mea, et quidquid mihi defuit nunc & aliàs, de ſufficientia Contritionis, & propoſiti, de pu-

puritate & integritate confeſſionis, ſuppleat pietas & miſericordia tua, & ſecundùm illam digneris me habere plenius, & perfectiùs abſolutum in cœlis. Qui vivis &c.

Actus fidei poſt Confeſſionem.

Credo firmiter, ô Deus meus! peccata mea per merita pretioſi ſanguinis tui in hoc pœnitentiæ Sacramento jam ſuſcepto mihi eſſe condonata, ſi omnes diſpoſitiones ad id attulerim, quas

quas in hoc ſtatu exigit juſtitia tua. Credo etiam eſſe ſolam ejusdem ſanguinis virtutem, quæ actiones meas meritorias facere poſſit. Mihi igitur, ô Domine! totam ejus efficaciam applica; ità, ut reparans, quod defectuoſum eſt in Confeſſione mea, te nîl impediat, quò minùs in cœlo abſolutionem confirmes, quam mihi Miniſter tuus in terra impertiit.

Actus gratiarum actionis.

O Deus meus! Pater mi-

ſericordiarum! non ſcio, quas grates rependam extremæ charitati tuæ, propter beneficium inæſtimabile, quod mihi exhibuiſti, propter quod me nunquam ſatisfacere poſſe confiteor, nisì offerendo tibi merita, & perfectiones infinitas ſupremiDomini mei JeſuChriſti, Filii tui unici, qui ſe mihi dare dignatus eſt. Offero ea tibi, ô Domine! ut ſuppleant impoſſibilitatem meam. Offero etiam tibi merita Beatisſimæ

ſimæ Virginis, Angeli tutelaris, & omnium Seraphinorum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & totius Curiæ cœleſtis, & ſimul proteſtor coram te, ô ſupreme Conditor, & Creator! quòd tot linguas deſiderarem, quot unquam extiterunt, & quot creaturæ ſunt in cœlo, & in terra: ut eas omnes exercere poſſem usque ad conſummationem ſæculi, ad manifeſtandas bonitates

tuas, & tibi gratiarum actionem retribuendam in omnem æternitatem.

ORATIO.

Ad Deum Patrem.

O Deus meus! à bonis operibus nudus, & inanis,& non habens,quo tibi ſatisfaciam pro peccatis meis, præſento tibi merita Jeſu Filii tui, quæ valore infinito enormitatem offenſarum mearum, omniúmque creaturarũ peccata tranſcendunt.

O Pater æterne! offero tibi pretium redemptio-

ptionis meæ, eámque, quam Salvator meus exſpirans in crucis ſtipite pro me præſtitit ſolutionem. Domine! converte oculos tuos in divinam faciem ejus, & reſpice corpus ejus, quaſi mortuum, quod eſt ſupra Altare; & pretioſum ejus ſanguinem in calice; & quamvìs nullum ibi verbum proferat; pauciora tamen ipſi ora non ſunt, quàm vulnera, nec voces pauciores, puàm ſanguinis guttæ, quæ magìs

clamant, quàm crimina noſtra; exaudi eas igitur Domine, qui es Deus clementiæ, & ſi audiviſti vocem ſanguinis Abel, qui à te vindictam poſtulabat, multò magìs audi vocem ſanguinis Filii tui, & fratris noſtri, qui à te gratiam petit, qui oravit te pro nobis exſpirando, & qui adhuc ex hac ara ad te clamat, ſicut fecit in Calvariæ monte: *Pater dimitte illis; non enim ſciunt, quid faciunt*. Implorans pro nobis miſericordiam

diam tuam, qui ſumus miſeri peccatores, & qui eum millies crucifiximus offenſis noſtris.

Ignoſce igitur, ô Deus meus luxui, & vanitatibus meis, per humilitatem dilectiſſimi Filii tui.

Per amorem, & charitatem ejus largire mihi veniam criminum meorum, & per paupertatem ejus ignoſce avaritiæ meæ.

Per carnem ejus virgineam, & nuditatem in prætorio, & cruce, par-

ce impudicitiis meis internis, & externis.

Remitte mihi intemperantiam, & gulam meam, per famem, & ſitim, quam Salvator meus paſſus eſt in deſerto, cruce, & ferè totâ vitâ.

Per ſuavitatem, & manſuetudinem hujus Agni ſinè maſcula, da veniam iræ, indignationibus, inimicitiis, & ultionibus meis.

Et per diligentiam, quà operatus eſt ſalutem noſtram, remitte mihi pigri-

gritiam, & acediam meam; denique per omnia merita, & omnes perfectiones Salvatoris mei, indulge mihi remiſſionem omnium facinorum, defectuum & imperfectionum mearum.

Quòd ſi præterea Pater excelſe ſuper omnia! à me poſtulas pœnitentiam interiorem, & exteriorem; ut, quod delectavit carnem, animæ triſtitiam pariat, & quod placuit animæ, & carni, corpus dolore afficiat; ecce

me humiliter proſtratum ad pedes Majeſtatis tuæ, coram qua quodvis peccatum deteſtor, & abominor omnes occaſiones, quæ aditum ad illud parare poſſunt; intimè quoque, & ſummè doleo, quòd ullum unquam admiſerim, non tam propter ſupplicium, quod promerentur offenſæ meæ, quàm propter bonitatem tuam infinitam, & amorem tui, qui es Deus meus ſummè adorandus, & omni honore dignus;

gnus; firmiter autem ſtatuo, ô Domine! auxiliante ſancta gratia tua, nunquam relabi in peccata mea, omnes eorum occaſiones fugere, & vitare, & in pœnitentiam, & ſatisfactionem pro tot criminibus, quibus me inquinavi, patiar libenter, ſi velis, omnes cruciatus, luctus, injurias, dolores, & morbos, quidquid denique adverſi, & doloroſi mihi advenerit, ſeu à te directè, ſeu ab aliqua creatura ſecundùm ordinatio-

tionem providentiæ tuæ, cui me ex toto corde ſubmitto, ad ultimum usque vitæ halitum. Scio enim te nihil determinâſſe in exitum meum; cùm non creaveris me, nisì ut ſalves me, dummodo ex parte mea internis correſpondeam gratiæ tuæ motibus. Fac igitur in me, ô Deus meus! quidquid jubes me facere, & jube, quidquid lubet, A.

Breviores Affectus.

Laus ſit Dei bonitati,
Quæ me lavit à peccati
Sorde

Sorde, Chriſti ſanguine.
Amo Dei bonitatem;
Et propter hanc, fœditatem
Peccatorum horreo.
Cum Chriſto, & Matre Dei,
Omnes Sancti locò mei,
Deo ſatisfaciant.
Ah! peccatum jam eſt ſatìs,
Server poſthac à peccatis,
Tuâ Deus gratiâ!
Per crucem, & mortem tuam,
Fac, nè poſthac unquam ruam,
Jeſu dilectiſſime.
Malo mori, quàm fœdari,
Et à Deo ſeparari
Peccatô vel unicô.

Orat. ante Communionem.

Actus Fidei.

Credo firmiter, Salvator meus! & Deus meus! te

te in venerabili Sacramento præſentem eſſe verum Deum, & hominem. Credo, quòd tu dixiſti (Tu, qui es veritas æterna) & credo, te eſſe Creatorem cœli, & terræ, & Divinitatem, ſanctámque humanitatem tuam contineri, & velari ſub his ſpeciebus; vado ergo ad ſuſcipiendum corpus illud in caſtis Mariæ viſceribus incarnatum, corpus in cruce pro me mortuum, corpus tertia die reſuſcitatum, &

quod

quod jam refulget in pleno gloriæ ſuæ ſplendore; vado ad ſuſcipiendam animam hanc ſanctiſſimã, omnium prodigiorum tuorum compendium; imò potiùs conſummationem; vado ad ſuſcipiendam Divinitatem tuam, & per concomitantiam Trinitatem unà cum omnibus ſuis perfectionibus infinitis; credo me theſaurum hunc poſſesſurum. O anima mea! quomodo coram eo comparere audes, qui eſt tam

tam magnus, tam potens, & tam incomprehensibilis, & quem tu toties offendisti? Ignosce mihi Domine! bonitas tua est, quæ me ad id invitat, & vocat, dicens: venite ad me omnes, qui onerati estis, & ego reficiam vos. Ecce adsum Salvator meus! gravi oneratus peccatorum sarcina, quam depono ad pedes tuos; demerge ea in pretiosum sanguinem tuum: ut penitus extinguantur.

Actus

Actus Contritionis.

Deus bonus, totus clemens, & totus misericors, qui non aspernaris peccatores miserrimos; quî fieri potest: ut postquam tibi, tam perfidus factus sum, & millies te coëgi à me recedere, & quasi violentè ab animæ meæ habitaculo propulsavi, ut peccatum intromitterem, totámque sceleribus, infensissimis hostibus tuis, traderem, quî, inquam fieri potest, Domine! ut eousque te ve-

lis deprimere: ut ad me accedas? ah! quantùm doleo, quòd te offenderim, & tam malè reſponderim gratiis infinitis, quas in dies percipio de liberali dextera tua. Tu, ô Domine! irremiſsè flagras deſiderio ſalutis meæ; & ego ejus media procurare negligo; imò à te miſericorditer oblata deſpicio. O anima mea non erubeſcis propter languorem tuum, dum tam modicum fructum te percepiſſe cernis ex in-

æstimabili thesauro Sacrosancti Corporis Salvatoris tui, quod toties suscepisti? Domine, & Redemptor mi! miserere mei per merita pretiosi sanguinis tui, ignosce mihi omnes præteritas infidelitates meas, fac dignam animam meam, ut accedere possit ad te. Præbe mihi osculum pacis, qui sincerè coram te protestor, quòd mihimetipsi deinceps tam exactè invigilare velim; ut gratiæ tuæ subsidiô minimas et-

iam occaſiones, quæ me in peccatum præcipitem agere poſſent, ſim declinaturus.

Actus Humilitatis.

O magne Deus! ſuprema, & infinita Majeſtas omnis luminis, & ſanctitatis origo, coram qua non ſolùm ego vilis, & miſera creatura, ſed omnes Angelici chori, & Poteſtates cœleſtes, & omnia, quæ ſunt, nihil ſunt: quomodo audebo ad te accedere? O quàm indignum me agnoſco, ut ſuſci-

cipiam te; ſi enim unà cum perfectione, & ſanctitate Angelorum, hominum, & omnium ſimul creaturarum, hunc favorem infinitum nequaquã promererer, quomodo ergo ſentiam me eum mereri poſſe; cùm ſim tantus peccator, tot criminibus inquinatus, tótque imperfectionibus, & imbecillitatibus plenus.

Actus Spei.

O Quanta bona expecto ab aſpectu, & poſſesſione maximè deſiderabili

 bili

bili ſanctiſſimi Corporis, & Sanguinis Domini, ac Salvatoris mei Jeſu Chriſti! ô quàm ſpero omnes meas plagas ſanctis, & ſalutiferis ejus manibus eſſe tangendas, & earum contactu ſanandas! O quàm ſpero ſuavibus ejus oculis miſericorditer me reſpiciendum, & ore ejus Divino mihi verba conſolationis, benedictionis, gratiæ, & vitæ eſſe dicenda; ſpero, ſanctiſſimâ ejus animâ meam eſſe ſanctificandam, ejus memo-

moriâ meam eſſe confortandam, ejus intellectu meum illuſtrandum, & voluntate ejus, amore mei penitus flagarante, & accenſa, meam inflammandam; eccur non ſperem de bonitate, & amore ejus has omnes divitias, & adhuc ampliores? cùm credam, quàm dives, quàm potens ſit, qui ad me venit, fines, propter quos venit. O amor! ô prodigioſe amor! nunquid mihi præbes incomparabilis affectionis teſti-

monium, cùm ad me venis pauperem, & miſerum? Heu meam indignitatem!

Actus Deſiderii.

Quis mihi dabit fidelem amatorem meum, Sponſum meum dilectum, ut eum ſtringam, ut eum poſſideam, ut introducam in ſecretiora cordis mei, ibíque Divinâ ejus præſentiâ gaudeam, eum videam, audiam, liberè & familiariter alloquar, omnes ei, etiam minimas cogitationes meas dete-

detegam; comiter, & benevolè cum eo converſer, eúmque diligam, & quàm tenerrimo amoris affectu amplectar.

Actus Oblationis.

Offero tibi, ô Deus meus ſanctam hanc Communionem in tota puritate amoris tui, & ſolo tibi placendi deſiderio, ſciens hanc actionem tibi eſſe peracceptam, & ut ſatisfaciam deſiderio, quod habes, in animam meam veniendi, juxta authenticum teſtimonium,

quod perhibuiſti nobis per verba adeò penetrantia, & tam plena amore, quæ locutus es, inſtituens hoc amoris Sacramentum ante paſſionem tuam: Hoc facite in meam commemorationem, in memoriam mortis, & eorum, quæ paſſus ſum. Ut igitur exequar, quod me juſſiſti adimplere; ut uniam, & conjungam me tibi, ô Deus meus! & omnia! &, ut conſequar donum amoris tui, perfectam mei nihili notitiam,

am, & *talem virtutem N.* acquirendi fortitudinem, te ſuſcepturus accedo.

Actus Adorationis.

O prodigium incomprehenſibile! quòd Deus pro me deſcendat de cœlo, & ſolio ſuo in terram; abſcondat, & velet magnitudinem ſuam infinitam, & ſupremam Majeſtatem ſub vilibus ſpeciebus; ſub accidentibus panis, & vini ſe includat, in punctum conſtringat, & quaſi annihilet propter me; omnes na-

turæ



turæ leges invertat, & tot propter amorem mei patret miracula. O quàm admiranda ſunt hæc, & ſtupenda prodigia! ô quàm verum eſt Domine, quòd, poſtquam tuos dilexiſſes, peculiariter in finem illos dilexeris, adorabile hoc, & divinum Sacramentum inſtituendo.

Oratio ad Deiparam.

O glorioſa Virgo, Mater Salvatoris mei, ſpes afflictorum, & refugium peccatorum, implora pro me Divinam miſericordiam;

diam; ò excellentiſſimum Trinitatis lilium! ſparge coram Ea in favorem meum pretioſum odorem orationum tuarum: ut per interceſſionem tuam Filius tuus me ſuſcipiat ad oſculum pacis, me ſibi uniat, & ut fiam anima ſecundùm cor Ejus. O beati Spiritus, puræ intelligentiæ, & vos omnes Sancti, & Sanctæ Dei, qui fruimini gloriâ, intercedite pro me: ut veſtrô adminiculô in omnibus placeam Domino, & Deo

meo,

meo, eum laudens, & glorificans hìc in terris, utì vos facitis in cœlo.

Actus Contritionis.

Ante Communionem ad Confiteor.

Cùm dolor, quòd te offenderim, ô Deus meus! & odium in peccata mea longè alia ſint, quàm eſſe deberent, obteſtor te, ô Deus ſanctitatis infinitæ! ut id odium acceptes, quo ipſe adversùs peccata exardeſcis, & illud admittas, quod habet Filius tuus adversùs omnia

nia pecata hòminum, & peculiariter adversùs mea, ut ſuppleatur defectus doloris mei, & plenè ſatisfiat juſtitiæ tuæ.

Intrà hic in conſiderationem tui nihili, & indignitatis tuæ; agnoſce in humilitate profunda vilitatem, & malitiam tuam, & dic paulò, antequam Sacerdos incipiat, Domine non ſum dignus.

Ah adorande Redemptor! agnoſco me infinitè indignum, ut ad te accedam, & te ſuſcipiam;

non

non ſolùm ratione inæqualitatis infinitæ inter ſupremam Majeſtatem tuam, & meum nihilum, ſed multò magìs ratione enormitatis, & numeri commiſſorum peccatorum, quæ me à te removent millies longiùs, quàm vilitas naturæ meæ; & ratione exigui doloris, inſenſibilitatis', negligentiæ, & tepiditatis meæ. Hinc dico ex intimo corde percutiendo pectus, & maximo, quàm poſſum ſenſu: *Domine non ſum*

ſum dignus, ut intres ſub tectum meum; ſed tantùm dic verbô, & ſanabitur anima mea; ídque bis adhuc repetes.

Devotæ Aſpirationes. Immediatè ante Communionem dicendæ.

Veni, ô veni Domine! totus bonus, & totus amabilis, & operare excellenter in me id, propter quod venis. O dilecte cordis mei, nè ultrà diſtuleris adventum tuū. Ah Deus meus! quàm

ardenter desidero te suscipere intrà cor meum.

Est, fateor, habitaculum te indignum; sed adeò bonus, adeóque magnificus; ut ex illo habitaculum tuum facere, illúdque donis tuis exornare non dedigneris.

Veni igitur dilecte Salvator! nè ultrà tardaveris! fateor me non esse nisì peccatum, corruptionem, & malitiam; sed scio misericordias tuas esse supra omnes iniquitates.

O Deus meus! intra in animam meam, & ſanctifica eam; poſſide cor meum, & purifica illud Deus meus! veni in corpus meum, & conſerva illud; nec permitte, ut me unquam ſeparem à te.

Combure, ô ignis conſumens! quidquid in me vides tuâ præſentiâ indignum, & quidquid poteſt facere obſtaculum gratiæ, & amori tuo.

O cœleſte manna! utinam ità guſtem te, ut om-

nes mundi voluptates mihi inſipidæ fiant.

Aſpirationes aliæ.

Jeſu infinitè amabilis & deſiderate millies! veni in cor meum poſſide illud & conforma cordi tuo. Veni Sol, qui totum mundum illuſtras; illumina mentem meam. Veni cœleſtis, auſter & animum perfla; ut in eo creſcant grata tibi virtutum aromata. Veni pluvia diviniſſima, ſtillicidiô tui pretioſi Sanguinis irriga mentem meam.

O mare gratiarum Jesu! te amplector, veneror caput ſpinis coronatum, frontem ſputis deſœdatam, oculos vigiliis marcidos, genas Colaphis contuſas, ſaucios cruce humeros, vulneratum corpus tuum, totum, & totum exoſculor.

Exoſculor pedes, manúsque clavis, & pectus lanceâ, magísque mei amore transfixum.

Si ferrum admittis, me licèt durum, non rejicies.

Cupio te, mi Jeſu! tanta



ta puritate, & affectu suscipere, quanto te ex manibus angelorum sumpsit S. Aloysius, aut Seraphinus in corpore mortali sumeret.

O semper immaculati angelici spiritus! vestram mihi concedite puritatem; Patriarchæ fidem, Prophetæ spem, Apostoli charitatem Dei & proximi, Martyres constantiam, Confessores pœnitentiam, Virgines castitatem, & Tu, o Maria præparationem corporis, & ani-

animæ, quâ ultimò in hac vita corpus, & ſanguinem filii tui ſumpſiſti. Per te acceſſum habeamus ad filium, qui per Te datus eſt nobis.

Et tu, o Jeſu! obviàm mihi mitte omnem fructum ſanctiſſimæ humanitatis tuæ, ut Te dignè ſuſcipiam.

Breviores Affectus.

Ante, & in Communione.

O mi Jeſu! Agnus Dei!
Jeſu miſerere mei,
Peccatoris maximi!
Dolet meum cor malignum,
Quòd te Deum tam benignum,

Vel ſemel offenderim.
Nolo, nolo jam peccare,
Sed te, mi Jeſu, amare
Volo totis viribus.

Ad Domine non ſum dignus, potes ſic orare:

Non ſum dignus, non ſum dignus,
Ut tu Deus tam benignus,
Cordis mei hoſpes ſis.
Non ſum dignus, ſed te tamen
Cordis unicum ſolamen,
Mi Jeſu deſidero!

Vel certè ipſum Domine non ſum dignus, *ſumma humilitate, cum Sacerdote repete;*

Ad primum non ſum dignus *cogita:* propter meam vilitatem; *ad ſecundum:* proprer mea peccata; *ad tertium:* propter ſummam Dei Majeſtatem.

Dum Communionem, ſeu Altare accedis, poteris ſic orare:

Ad te, mi Jeſu, accedo
In te ſpero, in te credo,
Amo te corde ſincero.

Quando jam Sacerdos accedit cum Venerabili Sacramento.

Veni, Jeſu, & dignare
Peccatorem ſatiare
Corpore, & ſanguine.

Dum exponit pro te Hoſtiam, cum affectu, & amore illam aſpice, & dic:

Jam, quod quæſivi, video.

Acceptâ Hoſtiâ, dic tantùm cogitando:

Quod concupivi, teneo.
Amore Jeſu langueo,
Et corde totus ardeo.

Degluti mox Hoſtiam, & dic:

Affectu Mariæ Matris,
Et Joſephi tui Patris,

Te Jeſu ſuſcipio.
Omnes actus Angelorum,
Omnes affectus Sanctorum,
Tibi Jeſu offero.

Deinde poſtquam deglutiviſti.

Intrà cor meum te pono,
Méque tibi totum dono,
Sim tuus, & tu meus.

Aſpirationes Poſt Communionem.

O Deus amoris, & Majeſtatis, ſcaturigo gratiæ, & luminis! ô Sacroſancta Hoſtia! utinam te dignè adorare, benedicere, laudare, intrà me ipſum amplecti poſſem; potentiæ animæ commovea-

veamini, & exultate gaudio, inclinationes corruptæ reducimini ad originem veſtram coram Domino.

Minus eſt cor unum; ut cognoſcat te, ô divine Jeſu!

Minus eſt cor unum; ut cognoſcat omnes bonitates tuas.

Seraphini ardentes date mihi mutuos ardores veſtros; ut anima mea amore Dei mei accenſa in æternum permaneat.

O Salvator meus! cùm

ſis in me, non ſum ampliùs meus! vive in me, anima me in ſempiternum.

Non ſit mihi ampliùs guſtus, nisì pro te; non ſit ſenſibilitas, nisì pro te; non ſint oculi, nisì pro te; non aures, nisì pro te; non cor, nisì pro te; Deus meus!

O anima mea non ampliùs peccatum, non creaturas inter, & Creatorem diviſio.

Obliviſcar omnia, obliviſcar me ipſum; ut non meminerim ampliùs, nisì

sì bonitatum tuarum, ô Deus meus!

Benedicant te in sæcula, omnes Angeli, & Beati in cœlis, & animæ ſanctæ in terra, & tibi locò mei gratiarum actionem rependant pro inæſtimabili beneficio, quod modò accepi.

Breviores Affectus.

Sis mi Jeſu benedictus,
Iterúmque benedictus,
Sis mi Jeſu millies.
Quòd ſis factus cibus, potus,
Imò quòd ſis meus totus,
Sub hac panis ſpecie.

In te credo, in te ſpero,
Amo te corde ſincero,
Amo, amo, amo te.
Me ad tuos ſterno pedes,
Vulnerum adoro ſedes,
Latus tuum oſculor.
Quidquid vis, hoc ego volo,
Quidquid non vis; ego nolo,
Me tibi ſubjicio.
Quoquò vis, eò me voca,
Et in illo ſtatu loca,
In quo tibi placeam.
Moribus fac, ſim maturus,
Corde, ſenſibúsque purus,
Simultatis neſcius.
Humilis, pauper, pudicus,
Voluptatum inimicus.
Patiens, & candidus.
Quidquid loquar, cogitabo,
Agam, patiar; amabo
Te Deus in omnibus.

Actus Fidei.

Ab hac visitatione commodè eliciendus.

Firmiter credo, ô mi Deus! te corpore, & anima in hoc augustissimo Sacramento contineri; & gratiæ, quas effundis in animam meam, te inibi verè præsentem esse, mihi satis, supérque demonstrant Credo, ô Domine! te corpore, & anima in corde meo residere, & divinitatem tuam modò esse intrà me, & mihi unitam! O veritas æterna!

Actus Adorationis.

Adoro te reverentiâ profundissimâ, cultu humillimo, & veneratione sincerissima, quam tibi quæcunque creatura demonstrare, aut exhibere posset. Dominus meus, & Deus meus! utinam adorem, honorem, & reverear te, me humilians unà cum beatis Spiritibus, quos comites habes in hoc sanctissimo Sacramento; non ùt ipsi (id enim non valeo) sed ùt vermiculus terræ humiliter

liter repens in pulvere ſui nihili: ut tibi fidelitatem meam teſtificer, deſideriúmque, quod habeo, te glorificandi, ídque eò magìs, quò glorificandi tui me incapaciorem eſſe cognoſco.

Actus Admirationis.

Verùm, ô Domine! nunquid poſſibile eſt, quòd tu hìc apud me, & intrà me exiſtas? nunquid poſſibile eſt, quòd tu, ô ſuprema, & infinita Majeſtas! creaturarum tuarum poſtremam viſitare, & ma-

magnitudinem tuam usque ad nihilum meum deprimere digneris? Tu magnus ille Deus, qui hoc ipſo, quo loquor, momento, coleris, & adoraris infinitè à Cherubinorum celſiſſimis! O ſuprema, & incomprehenſibilis Majeſtas! Túne reſides in corde meo, & corpus meum inhabitas? Túne tot operari voluiſti miracula, totámque naturam invertere: ut ad cor meum pertingeres? O Domine totus ſtupore percul-

culſus hæreo in conſideratione hujus ineffabilis favoris.

Actus Gratiarum actionis.

Atque hoc eſt, ô Salvator! propter quod corde tenerrimo, & pleno gratitudinis, eas tibi gratias agere cogar, quas verbis ſatìs explicare non poſsum. O quàm grandis favor iſte eſt, & quàm potenter mihi cor rapit! millies igitur, & millies te benedico; & cùm ſolus ſim impar, nec vox, nec verba mihi ſuppetant,

quibus tibi pro minimis etiam beneficiis gratias referre poſſim, quid faciam pro hoc, quod mihi modò contuliſti, dum te ipſum unà cum omnibus tuis perfectionibus infinitis mihi donâſti? Heu! quàm iis ſum indignus dilecte Salvator; quantum abeſt, ut me gratiis tibi pro hoc inæſtimabili beneficio rependendis parem reperiam! ſed quia tu unicus es Domine, qui mihi debitam pro eo gratitudinem inſpirare vales, effi-

effice: ut cor meum tantas tibi gratias referat, quantis dignus es, & ut ſancta Mater tua, omnes Angeli, omnes Sancti, omnes homines, & omnes ſimul creaturæ concordes tibi pro eo gratias agant; & ego omnium viliſſima, & indigniſſima tibi gratias ago ex totis viribus animæ meæ, & ex intima cordis affectione. Verùm cùm hæc gratiarum actio nondum ad id, quod mereris, accedat, offero tibi unà cum om-

nibus adorationibus, humilitatibus, & venerationibus, honores, laudes, benedictiones, & gratiarum actiones, quæ tibi repensæ ſunt, rependuntur, & rependentnr in omnem æternitatem ab omnibus creaturis tuis; offero tibi tuasmet gratiarum actiones, quas, ùt homo Patri tuo exhibuiſti; do tibi ea, ùt ad me pertinentia, cùm me meritorum tuorum participem feceris.



Actus Petitionis.

O Dominus, & Deus meus! operare id in me, propter quod venis ad me; ad me venis, ut te mihi unias, ut mihi applices efficaciter, & abundanter merita vitæ, & mortis tuæ, ut dites me thesauris tuis, ut sanctifices corpus, & animam meam, ut vivifices me vitâ divinâ proportionatâ tuæ; venis ad me, ut Angelis, & hominibus, omnibúsque creaturis tuis per inæstimabilem

communicationem tuam, & per ineffabilia dona, quæ per eam mihi conferre dignaris, palàm demonstres, quàm bonus sis, quàm dulcis, liberalis, & magnificus; venis ad me: ut procures tibi supremam, & justissimam gloriam, & ut gaudium, & voluptatem percipias ex utilitate, & fructu laborum vitæ, & Passionis tuæ, quos mihi in sanctissimo hoc Sacramento impendis. Operare igitur in me id, ob quod venis

ad me; producin me omnes hos effectus in gradu eminentiſſimo; an ergo de cœlo deſcendiſſes in terram? An tot patrâſſes miracula, tot prodigia operatus fuiſſes, totam naturam invertiſſes, & tot feciſſes apparatus (tu, qui nunquam quid fruſtrà operaris) ut omnia hæc infructuoſa permanerent? Nè perdas igitur, ô Deus meus! totus bonus, totus ſapiens, & omnipotens, nè perdas fructum viæ tuæ; opera-

re in me, propter quod venis in me; uni me tibi, téque mihi unione inſeparabili, nexu amoris tui ſolidiſſimo; uni abyſſos tuas abyſſis meis, abyſſum miſericordiarum tuarum, abyſſo miſeriarum mearum, abyſſum lucis tuæ, abyſſo tenebrarum mearum, abyſſum potentiæ tuæ, abyſſo infirmitatis meæ, & abyſſum divitiarum tuarum, abyſſo paupertatis meæ; largire mihi, quod petunt alii, aut jam fruuntur in glo-

gloria; largire cuncta, quæ, & ſicut vis, & ſcis, & potes; applica mihi plenè merita vitæ, & mortis tuæ, ſanctifica corpus, & animam meam, omnes cogitationes, omnia verba, & actiones meas, & fac me vivere vitâ planè divinâ in te, & propter te.

Alia.

Transfige dulciſſime Domine Jeſu medullas, & viſcera animæ meæ, ſuaviſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere,

vera, ſerenáque, & Apoſtolica, ſanctiſſima charitate, ut langueat, & liquefiat anima mea ſolo ſemper amore, & deſiderio tui; te concupiſcat, & deficiat in atria tua; cupiat diſſolvi, & eſſe tecum. Da, ut anima mea te eſuriat panem Angelorum refectionem animarum Sanctarum panem noſtrum quotidianum, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem, & ſaporem, & omne delectamentum ſuavitatis: te, in

quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ, & scientiæ, fontem æterni Luminis torrentem voluptatis, ubertatem domûs Dei, & semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui:

cum

cum humilitate, & diſcretione, cum dilectione, & delectatione, cum facilitate, & affectu, cum perſeverantia usque in finem: & tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies, & Tranquillitas mea, pax mea, ſuavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium, ſapientia mea, portio mea, poſeſſio mea;

The-

Theſaurus meus, in quo fixa, & firma, & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, & cor meum.

Actus ferventium amoris deſideriorum.

Jeſu Salvator! per bonitatem infinitam, quæ impulit te, ut in terram deſcenderes, & omnes homines eriperes æternæ infelicitati, cui eos peccatum devoverat, ſupplico tibi; fac me ſentire in corde meo potentem amoris tui effectum, & ejus ardor ità conſumat animam

mam meam, ut quidquid terreſtre eſt, deſpiciens, ſemper in cœlum erigatur. Nihil nisì te contempletur, nihil nisì te cogitet, nihil nisì te reſpiret, ità: ut, quemadmodum tu amore mei mortuus es in crucis ſtipite, ſic & ego eodem amore in te moriar: ut vivam in perpetuum in poſſeſſione gloriæ tuæ.

Actus Reſignationis.

O Dominus, & Deus meus! totum me tibi reſigno,& trado,ídque cum gau-

gaudio ratum habeo; amplector etiam, adoro, & submissè revereor omnes voluntates tuas, & sapientissima, æquissima, & summè veneranda, quæ in me destinas, consilia, tibi profunda supplicans humilitate: ut, quidquid circa me decrevisti, sive pro tempore, sive pro æternitate, quomodocunque demum in me, & per me summa, ac omni possibili perfectione adimpleatur.

Oratio ad Deiparam.

O Glorioſa Virgo! Mater Salvatoris, & Redemptoris mei, miſerere mei, qui ex me ipſo indignus ſum, ut ullam gratiam impetrem. O excellentiſſimum. Sanctiſſimæ Trinitatis lilium! ora pro me, ut per interceſſionem tuam perfecto amore Filium tuum, Salvatorem meum, complectar; & fiam anima ſecundùm cor ejus. O beati Spiritus! túque præſertim Angele Cuſtos, ſupplico tibi:

bi: ut juves me gratias referre Domino meo pro percepto ex visitatione ejus beneficio; orate pro me, ô Sancti, & Sanctæ Dei: ut mediantibus vobis in omnibus Domino, & Deo meo placeā, euam laudans hìc in terris, ùt vos in cœlis. O sanctissima Virgo! Mater mea dilectissima! obsecro te: ut gratias agere digneris sanctissimæ Trinitati pro honore, quem mihi hodie exhibuit, descendendo in animam meam;

gratias age pro me dilectiſſimo Filio tuo, & obteſtare eum per amorem tui: ut mihi id præſtet in tui gratiam, quod flagitavi ab eo, & quod flagitabo omnibus diebus vitæ meæ, id eſt: ut illi fidelis ſim, & honorem te usque ad noviſſimam horam.

Te Deum laudamus: Te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cœli, & univerſæ poteſtates.

Tibi

Tibi Cherubim, & Seraphim: inceſſabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt cœli, & terra: Majeſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immensæ Majestatis.

Venerandum tuum verum: & unicum Filium.

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Virginis uterũ.

Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.

Ju-

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni: quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis: in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos: & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen

tuum in ſæculum: & in ſæculum ſæculi:

Dignare Domine die iſto: ſinè peccato nos cuſtodire.

Miſerere noſtri Domine: miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperavimus in te.

In te Domine ſperavi: non confundar in æternum.

Deus, qui pro redemptione mundi voluiſti naſci, circumcidi, à Judæis re-

reprobari, à Juda traditore ſculò tradi, vinculis alligari, ſicut Agnus innocens ad victimam duci, atque conſpectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis, indecenter offerri, à falſis teſtibus accuſari, flagellis, & colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, opprobriis vexari, conſpui, ſpinis coronari, veſte ſpoliari, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, & lanceâ vul-

nerari. Tu Domine, per has ſanctiſſimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per ſanctam crucem, paſſionem, & mortem tuam, libera me à pœnis inferni, & perducere digneris, quò perduxiſti latronem tecum crucifixum, Amen.

Christe, Redemptor mundi, parce, & miſeſerere mei, non ſecundùm merita mea, ſed ſecundùm miſericordiam tuam, noſi me reprobare peccatorem, ſed ſuſcipe me

me ſecundùm eloquium tuum, & vivam. Non confundas me ab expectatione mea. Miſerere mei Domine, quia peccavi tibi, da mihi fontem lacrymarum mearum; fons vitæ, & lux luminis: concede mihi in præſenti vita veram pœnitentiam de peccatis meis, & in bono perſeverantiam. Quæſo immenſam tuam clementiam Deus, nè pro mea iniquitate condemnes, ſed pro tua pietate in via recta diſponas, nec

ſicut



ſicut mereor, delinquenti iraſcaris, verùm fragilitati meæ invicta bonitate, ſubvenias juxta multitudinem miſericordiæ tuæ, ſecundùm quam me indignum ſalvabis, Am.

Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, ſuſcipe hanc orationem in amore illo ſuperexcellenti; in quo omnia vulnera tui nobiliſſimi corporis ſuſtinuiſti, & miſerere mei, & omnium peccatorum, cunctorúmque fidelium, tam vivorum, quàm defun-

functorum. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritùs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Pater ſancte, non in juſtificationibus meis fundo preces ad te, ſed in promiſſione unigeniti Filii tui. Ille nobis dixit: quantò magìs Pater cœleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Certè Filius tuus veritas eſt, non decepit nos; ideo adimple promiſſionem

Filii tui, qui te clarificavit ſuper terram, tibíque obediens fuit usque ad mortem, mortem autem crucis. Da ſpiritum bonum petenti te, da ſpiritum timoris, & amoris tui, ut ſervus tuus nihil diligat præter te, & proximum in te. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis. Nè projicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum nè auferas à me. Am.

AFFECTUS

Seu ſub Miſſæ Sacrificio, ſeu in S. Communione, ſeu expoſito Venerabili piè eliciendi.

Affectus Thomæ Aquinatis.

Adoro te devotè latens Deitas,
Quæ ſub his figuris verè latitas;
Tibi ſe cor meum totum ſubjicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, guſtus, tactus, in te fallitur,
Sed auditu ſolo tutò creditur.
Credo, quidquid dixit Dei Filius,
Nîl hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat ſola Deitas;
At hìc latet ſimul & humanitas;

Am-

Ambo tamen credens; atque confitens
Peto, quod petivit latro pœnitens.
Plagas ſicut Thomas non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magìs credere,
In te ſpem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitam præſtans homini:
Præſta meæ menti de te vivere,
Et te illi ſemper dulcè ſapere.
Pie Pellicane Jeſu Domine,
Me immundum munda tuo Sanguine,
Cujus una ſtilla ſalvum facere,
Totum mundum quit ab omni ſcelere.

Jeſu,

Jeſu, quem velatum nunc aſpicio,
Oro, fiat illud, quod tam ſitio;
Ut te revelata cernens facie,
Viſu ſim Beatus tuæ gloriæ,
Amen.

Hymnus Eccleſiæ.

Pange lingua glorioſi
Corporis myſterium,
Sanguiniſque pretioſi,
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generoſi,
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo converſatus,
Sparſo verbi ſemine,
Sui moras incolatûs
Miro clauſit ordine.

In ſupremæ noctis cœnæ
Recumbens cum fratribus,

Obſervata lege plenè
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis manibus.
Verbum Caro, panem verum
Verbô carnem efficit:
Fítque Sanguis Chriſti merum,
Etſi ſenſus deficit:
Ad firmandum cor ſincerum
Sola fides ſufficit.
Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum,
Novo cedat ritui:
Præſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.
Genitori, Genitóque
Laus, & Jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque,
Sit & benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar ſit laudatio.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis.
℟. Omne delectamentum in se habentem.

Affectus S. Augustini.

Domine Jesu noverim te, noverim me,
Nec aliquid cupiam, nisì te.
Ut oderim me, & amem te,
Quidquid amem, sit propter te.
Humiliem me, exaltem te.
Nihil cogitem, nisì te.
Mortificem me, & vivam in te.
Quæcunque eveniunt, accipiam à te.
Persequar me, sequar te,
Sempérque optem sequi te.
Fugiam me, confugiam ad te.
Dignus sim defendi à te.
Timeam mihi, timeam te,
Símque de electis à te.

Diffidam mihi, confidam in te.
Obedire velim propter te.
In nullo afficiar, nisì in te.
Aſpice me, ut diligam te,
Voca me, ut videam te,
Et in æternum potiar te.

Affectus S. Ignatii.

Anima Chriſti ſanctifica me,
Corpus Chriſti ſalva me,
Sanguis Chriſti inebria me,
Aqua lateris Chriſti lava me,
Paſſio Chriſti conforta me,
O bone Jeſu! exaudi me;
Intrà vulnera tua abſconde me,
Nè permittas me ſeparari à te,
Ab hoſte maligno defende me,
In hora mortis meæ voca me,
Et jube me venire ad te:
Ut cum Sanctis tuis laudem te,
In ſæcula ſæculornm, Amen.

Affe-

Affectus S. Xaverii.

O Deus! ego amo te,
Nec amo te, ut ſalves me,
Aut, quia non amantes te
Æterno punis igne.
Tu, tu mi Jeſu! totum me
Amplexus es in cruce,
Tuliſti clavos, lanceam,
Multámque ignominiam,
Innumeros dolores,
Sudores, & angores,
Ac mortem; & hæc propter me:
Ah pro me peccatore.
Cur igitur non amem te?
O! Jeſu amantiſſime!
Non ut in cœlo ſalves me,
Aut nè æternùm damnes me,
Nec præmii ullius ſpe;
Sed ſicut tu amâſti me,
Sic amo, & amabo te,

Solùm, quia Rex meus es;
Et solùm, quia Deus es.

ORATIO.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue, quæsumus; ità nos corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, A.

PRA-

PRAXIS DEVOTA
Salutandi Venerabile Sacramentum Altaris.

Salve benedicte Jesu, benedic indigno servo tuo, ut per te benedictionem referat, qui de se maledictionis reus est, & per te salvus sit, qui per se damnabilis est.

Salve mysterium Fidei, & Sacramentum fidelium: credo te dilecte Jesu, hìc præsentem esse eundem, qui de Spiritu Sancto conceptus, ex Maria Virgine natus, in cruce

mortuus, & à morte redivivus, in cœlum deinde es elevatus. Huic fidei ſubmitto intellectum meum, eúmque tibi offero captivum; in hac fide cupio vivere, & deſidero mori.

Salve Sacramentum ſpei: ſpero in te ſalutis meæ alimentum, O Deus ſpei meæ! iſto me Sacramento ſpei moriturum refice, ut non confundar in æternum.

Salve Sacramentum amoris: amo te ſummum bo-

bonum in terris, quo mihi concessum est frui salutariter, & ut amare te nunquam desinam, amorem meum tuo ipso amoris pabulo inflamma.

Salve panis Angelorum, da, ut vivam Angelicè, qui escâ vermium nutrior.

Salve esca timentium Dominum, salutarem in me timorem nutri, quo te reverear ùt Patrem, timeam ùt judicem, & ne offendam Patrem, nec irritem judicem.

Salve vita pauperum, panis egentium; dita me virtutum meritis, & refice gratiæ donis.

Salve verbum Caro factum, habita in me: & ut dignè habites, per gratiam tuam munda me.

Salve Deus abſcondite, & Salvator, illumina mentis meæ oculos? ut te abſconditum videam, & Salvatorem experiar.

Salve panis filiorum, ſatia me, ut ſim filius tuus: & da, ut ſemper te eſuriam.

Sal-

Salve magnum ſalutis meæ pretium, non patere, obſecro, ut per me illud, quod tantis te amoris, & doloris conſtitit impenſis, fruſtrà ſit erogatum.

Salve viaticum in Domino morientium; dona, ut de te ſemper vivam, ſine te non moriat; hoc rogo te per illum, qui te hic detinet, ſalutis meæ amorem.

Salve pignus futuræ gloriæ, utinam ita hoc utar pignore, ut gloriâ non excidam.

Hy-

Hymnus contra Peſtem.

Stella cœli exſtirpavit,
Quæ lactavit Dominum,
Mortis peſtem, quam plantavit,
Primus Parens hominum.
Ipſa Stella nunc dignetur,
Sydera compeſcere,
Quorum bella plebem cedunt,
Diro mortis ulcere.
O beata Stella maris,
Avertens naufragium;
Eſto nobis ſalutaris,
Adversùs contagium.
Audi preces Mater orans
Pro nobis: ut Filius,
Nihil négans, te honorans,
Sit nobis propitius.
Audi Matrem deprecantem,
Jeſu rubens ſanguine;
Salva populum laborantem
Hoc vitæ diſcrimine,

Quod

Quod ſi gravis fuit nimis
Culpa, quâ te læſimus;
Cor contritum; quaſi cinis
Tu clementer ſuſpicis.
Ceſſet ergo peſtis flagrum,
Quo nos dignè percutis;
Poſt peccata perpetrata,
Quæ meremur, tribuis.
Sancte Deus, Sancte fortis,
Sancte immortalis,
Pone iram, finem malis,
Et eſto placabilis, Amen.

℣. *Ora pro me ſancta Dei Genitrix,*
℟. *Ut dignus efficiar promiſſionibus Chriſti.*

OREMUS.

Deus miſericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgentiæ, qui miſertus

es

es ſuper afflictionem populi tui, & dixiſti Angelo percutienti populum tuum: contine manum tuam; ob amorem illius Stellæ glorioſæ, cujus ubera pretioſa contra venena delictorum noſtrorum, quàm dulciter ſuxiſti, præſta auxilium gratiæ tuæ; ut ab omni peſte, & improviſa morte ſecurè liberer, & à totius perditionis incurſu miſericorditer ſalver, per Te Jeſu Chriſte, Rex gloriæ, Amen.

LITANIÆ
DE OMNIBUS
SANCTIS.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili, Redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miſerere nobis.

Sancta Maria,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Sancte Michaël,
Sancte Gabriel,
Sancte Raphaël,
} Ora pro nobis.

Omnes Sancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis.

Omnes ſancti Beatorum Spirituum Ordines, orate pro nobis.

Sancte Joannes Baptiſta, ora pro nobis.

Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate pro nobis.

S. Pe-

S. Petre,
S. Paule,
S. Andrea,
S. Jacobe,
S. Joannes,
S. Thoma,
S Jacobe,
S Philippe,
S. Bartholomæe,
S. Matthæe,
S. Simon,
S Thaddæe,
S Matthia,
S. Barnaba,
S. Luca,
S. Marce,

} Ora pro nobis.

Omnes ſancti Apoſtoli,

& Evanelistæ, orate pro nobis.

Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.

Omnes sancti Innocentes, orate pro nobis,

Sancte Stephane, ora pro nobis.

Sancte Laurenti, ora &c.

Sancte Vincenti, ora &c.

Sancte Joannes Nepomucene, ora &c.

Sancti Fabiane, & Sebastiane, orate pro nobis.

Sancti Joannes, & Paule, orate pro nobis.

San-

Sancti Cosma, & Damiane, orate pro nobis.

Sancti Gervasi, & Protasi, orate pro nobis.

Omnes sancti Martyres, orate pro nobis.

S. Silvester,
S. Gregori,
S. Ambrosi,
S. Augustine,
S. Hieronyme,
S. Martine,
S. Nicolaë, } Ora pro nobis.

Omnes sancti Pontifices, & Confessores, orate pro nobis.



Omnes ſancti Doctores, orate pro nobis.

Sancte Antoni, ora pro nobis.

S Benedicte, ora pro nobis.

Sancte Bernarde, ora pro nobis.

Sancte Dominice, ora pro nobis.

Sancte Franciſce, ora pro nobis.

Omnes ſancti Sacerdotes, & Levitæ, orate pro nobis.

Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis. S. Ma-

S. Maria Magdalena,
S. Agatha,
S. Lucia,
S. Agnes,
S. Cæcilia,
S. Catharina,
S. Anaſtaſia,
Ora pro nobis.

Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ, orate pro nobis.

Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.

Propitius eſto: parce nobis Domine.

Propitius eſto: exaudi nos Domine.

Ab omni malo, libera nos Domine.

Ab omni peccato, libera nos Domine.

Ab ira tua, libera nos Domine.

A ſubitanea, & improviſa morte, libera nos Domine.

Ab inſidiis Diaboli,
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,
A ſpiritu fornicationis,
A fulgure, & tempeſtate,
A morte perpetua,

Libera nos Domine.

Per

Per myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ,
Per adventum tuum,
Per Nativitatem tuā,
Per Baptiſmum, & ſanctum jejunium tuum,
Per Crucem, & Paſſionem tuam,
Per mortem, & ſepulturam tuam,
Per ſanctam reſurrectionem tuam,
Per admirabilem Aſcenſionem tuam,
Per adventum Spiritûs ſancti Paracliti,

Libera nos Domine.

In die Judicii, libera nos Domine.

Peccatores:
Ut nobis parcas:
Ut nobis indulgeas,
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Ut Eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſervare digneris,
Ut domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos Ordines in ſancta religione conſervare digneris.

Te rogamus audi nos.

Ut inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris,
Ut Regibus, & Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare digneris,
Ut cuncto populo Chriſtiano pacem, & unitatem largiri digneris,
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortare, & conſervare digneris,
Ut mentes noſtras ad

Te rogamus, audi nos.

cœlestia desideria erigas,
Ut omnibus Benefactoribus nostris sempiternam bona retribuas,
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias,
Ut fructus terræ dare, & conservare digneris,
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æter-

Te rogamus, audi nos.

æternam donare di-
gneris, te rogamus, au-
di nos.
Ut nos exaudire digneris,
te rogamus audi nos.
Fili Dei, te rogamus, au-
di nos.
Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi, parce no-
bis Domine.
Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi, exaudi nos
Domine.
Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi, miſerere
nobis.
Chriſte audi nos.

Chri-

Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Pater noſter.

℣. *Et nè nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos à malo.*

Pſalmus 69.

Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandũ me feſtina.

Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorſum, & erubeſcant, qui volunt mihi mala. Aver-

Avertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, euge, euge!

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant ſemper: magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus, & pauper ſum: Deus adjuva me.

Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine nè moreris.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio,

&

& nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Am.

℣. *Salvos fac ſervos tuos.*

℟. *Deus meus ſperantes in te.*

℣. *Eſto nobis Domine turris fortitudinis.*

℟. *A facie inimici.*

℣. *Nihil proficiat inimicus in nobis.*

℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.*

℣. *Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis.*

℟. *Neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis.*

℣. Oremus pro Pontifice noſtro N. & pro Imperatore noſtro N.

℟. Dominus conſervet eos, & vivificet eos, & beatos faciat eos in terra, & non tradat eos in animam inimicorum eorum.

℣. Oremus pro Benefactoribus noſtris.

℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam, Am.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis,

℟. Requiem æternam dona

na eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

℣. *Requiescant in pace.*

℟. *Amen.*

℣. *Pro fratribus nostris absentibus.*

℟. *Salvos fac servos tuos, Deus meus sperantes in te.*

℣. *Mitte eis Domine auxilium de Sancto.*

℟. *Et de Sion tuere eos.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

OREMUS.

Deus, cui proprium est mise-

misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram: ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende:

ut ſimul nos à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

Omnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundùm tuam clementiam

in

in vivam ſalutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus, regnorum omnium, & Chriſtiani maximè Protector imperii: da ſervo tuo Imperatori noſtro N. triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere, ut, qui tua inſtitutione eſt Princeps, tuo ſit ſemper munere potens.

Deus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mun-

dus dare non poteſt, pacem; ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine tempora ſint tua protectione tranquilla.

Ure igne ſancti Spiritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularúmque tuarum remiſſionem cuncto-

ctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere: ut cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum dominaris, ſimul & mortuorum, omniúmque miſere-

ſereris, quos tuos fide, & opere futuros eſſe præ-noſcis: Te ſupplices ex-oramus, ut, pro quibus effundere preces decre-vimus, quósque vel præ-ſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futu-rum jam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pi-etatis tuæ clementiâ, om-nium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecū vivit, &c.

℣.

℣. *Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus.*

℟. *Amen.*

℣. *Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.*

℟. *Amen.*

LITANIÆ
DE SS.
NOMINE JESU.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.



Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus ſancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Jeſu Fili Dei vivi,
Jeſu ſplendor Patris,
Jeſu candor lucis æternæ,
Jeſu Rex gloriæ,
Jeſu ſol juſtitiæ,
Jeſu Fili Mariæ Virginis,
Jeſu admirabilis,
Jeſu Deus fortis,

Miserere nobis.

Jeſu

Jeſu Pater futuri ſæculi,
Jeſu magni conſili Angele,
Jeſu potentiſſime,
Jeſu patientiſſime,
Jeſu obedientiſſime,
Jeſu mitis, & humilis corde,
Jeſu amator caſtitatis,
Jeſu amator noſter,
Jeſu Deus pacis,
Jeſu auctor vitæ,
Jeſu exemplar virtutum,
Jeſus Deus noſter,
Jeſu refugium noſtrū,

Miſerere nobis.



Jeſu Pater pauperum,
Jeſu theſaure fideliũ,
Jeſu bone Paſtor,
Jeſu lux vera,
Jeſu ſapientia æterna,
Jeſu bonitas infinita,
Jeſu via, & vita noſtra,
Jeſu gaudium Angelorum,
Jeſu Magiſter Apoſtolorum,
Jeſu Doctor Evangeliſtarum,
Jeſu fortitudo Martyrum,
Jeſu lumen Confeſſorum,

Miſerere nobis.

Jeſu

Jesu puritas Virginum, miserere nobis.

Jesu corona Sanctorum omnium, miserere nobis.

Propitius esto: parce nobis Jesu.

Propitius esto: exaudi nos Jesu.

Ab omni peccato:
Ab ira tua,
Ab insidiis diaboli,
A spiritu fornicationis,
A morte perpetua,
A neglectu inspirationum tuarum,

} Libera nos Jesu.

Per

Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ,
Per nativitatem tuam,
Per infantiam tuam,
Per divinissimam vitam tuam,
Per labores tuos,
Per agoniam, & passionem tuam,
Per crucem, & derelictionem tuam,
Per languores tuos,
Per mortem, & sepulturam tuam,
Per ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gratiam tuam,

Libera nos Jesu.

Agnus

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Jeſu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Jeſu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Jeſu audi nos.

Jeſu exaudi nos.

℣. *Sit nomen Domini benedictum.*

℟. *Ex hoc nunc, & usque in ſæculum.*

ORE-

OREMUS.

Deus, qui humani generis Salvatorem constituisti, & Jesū vocari jussisti, concede propitius; ut, qui hoc nomen sanctum ejus devotè veneramur in terris, ejus quoque aspectu perenniter perfruamur in cœlis. Per eundem Dominum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

ORA-

ORATIONES S. BIRGITTÆ

DE PASSIONE DOMINI.

ORATIO I.

O Jesu Christe, æterna dulcedo te amantium, jubilus excedens omne gaudium, & omne desiderium, salus & amator peccatorum, qui delicias tuas testatus es esse cum filiis hominum, homo factus in fine temporum, memento omnis præmeditationis, & intimi mœroris, quem in corpore hu-

humano ſuſtinuiſti, in-
ſtante ſaluberrimæ paſſi-
onis tuæ tempore, in di-
vino corpore præordi-
nato: memento triſtitiæ,
& amaritudinis, quam in
anima (te ipſo atteſtante)
habuiſti, quando in ulti-
ma cœna diſcipulis tuis
corpus & ſanguinem tu-
um tradidiſti, pedes eo-
rum laviſti, & dulciter
eos oſculando, immi-
nentem Paſſionem præ-
dixiſti. Memento omnis
timoris, anguſtiæ & do-
loris, quem in tuo corpo-
re

re delicato ante passionem crucis tuæ pertulisti, quando post trinam orationem, & sanguineum sudorem à Juda discipulo tuo tradebaris, ab electa gente capiebaris, à falsis testibus accusabaris, à tribus judicibus injustè judicabaris, in electa Civitate, in Paschali tempore, in florida corporis juventute innocenter damnabaris, veste propriâ exuebaris, & vestibus alienis induebaris, colaphizabaris, oculis & facie

velabaris, alapis cædebaris, ad columnam ligabaris, flagellabaris, ſpinis coronabaris, arundine in capite feriebaris, & innumerabilibus aliis calumniis lacerabaris; Da Domine Deus mihi, quæſo, ob memoriam harum ante crucem tuam paſſionum, veram contritionem, veram confeſſionem, dignam ſatisfactionem, ac omnium peccatorum meorum remiſſionem, Amen. *Pater, & Ave.*

ORA-

ORATIO II.

O Jesu! vera libertas Angelorum, paradisus deliciarū, memento mœroris & horroris, quos sustinebas, cùm omnes inimici tui, quasi leones ferocissimi, te circumsteterunt, & colaphizationibus, consputionibus' ungulationibus, cæteŕisque pœnis in auditis te molestaverunt. Per has pœnas, & per omnia contumeliosa verba, durissimáque tormenta, quibus te, Domine Jesu Christe, omnes

mnes inimici tui afflixerunt deprecor te, ut liberes me ab omnibus inimicis meis, viſibilibus, & inviſibilibus; & dones mihi ſub umbra alarum tuarum, ad perfectionem ſalutis æternæ pervenire, Amen. *Pater*, *&* *Ave*.

ORATIO III.

O Jeſu! mundi fabricator, quem nulla dimenſio verô terminô metitur, qui terram palmâ concludis; recordare amariſſimi doloris, quem ſuſtinebas, cùm Judæi ſan-

ſanctiſſimas manus tuas, ad crucem obtuſis clavis primò affixerunt, & ad perforandum delicatiſſimos pedes tuos (cum factis in cruce foraminibus, corporis tui ſtatura minùs eſſet conveniens) dolorem vulneribus tuis addiderunt, & ſic crudeliter te diſtraxerunt, & extenderunt in longum & latum Crucis tuæ, ut diſſolverentur compages membrorum tuorum. Deprecor te, per hujusmodi ſacratiſſimi amariſ-

ſimíque in Cruce doloris memoriam, ut des mihi timorem tuum, Amen. *Pater, & Ave.*

ORATIO IV.

O Jeſu! cœleſtis Medice, recordare languorum, & dolorum, quos in omnibus dilaceratis membris tuis, quorum nullum in ſtatu ſuo rectè permanſerat, ità, ut nullus dolor dolori tuo ſimilis inveniretur: qui à planta pedis, usque ad verticem capitis in te non fuit ſanitas. Et tamen omnium dolorum

rum immemor, Patrem pro inimicis piè oraſti, dicens, *Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt.* Per hanc miſericordiam, & ob memoriam illius doloris concede, ut hæc memoria paſſionis tuæ amariſſimæ, ſit omnium peccatorum meorum plena remiſſio, Amen. *Pater, & Ave.*

ORATIO V.

O Jeſu! ſpeculum claritatis æternæ memento illius mœroris, quem habuiſti, quando in ſpeculo

lo serenissimæ Majestatis tuæ conspexisti prædestinationem electorum, per merita tuæ passionis salvandorum; & reprobationem malorum, per sua demerita damnandorū: & per abyssum miserationis tuæ, quâ nobis perditis peccatoribus, & desperatis tunc condoluisti, & quam latroni exhibuisti dicens: *Hodie mecum eris in Paradiso*; rogo te pie Jesu, facias mecum misericordiam tuam in hora mortis meæ, Amen. *Pater, & Ave.* O-

ORATIO VI.

O Jesu! Rex amabilis, & amice totus desiderabilis, memento illius mœroris, quem habuisti, quando nudus & miserabilis in Cruce pependisti, & omnes amici & noti tui adversùm te steterunt, & nullum consolantem inveniebas, sed solam dilectam Genitricem tuam, in amaritudine animæ tuæ tibi fidelissimè adstantem videbas, quam Discipulo tuo commendâsti dicens: *Ecce Mater*

tua: Rogo te, pie Jeſu, per gladium doloris, qui tunc ejus animam pertranſivit, ut compatiaris mihi in omnibus tribulationibus & afflictionibus meis, corporalibus, & ſpiritualibus, & des mihi conſolationem in tempore tribulationis & in hora mortis meæ, A. *Pater, &c.*

ORATIO VII.

O Jeſu! fons inexhauſtæ pietatis, qui ex intimo affectu in cruce dixiſti: *Sitio,* (ſcilicet, ſalutem generis humani) accende

de, quæſumus, cordium noſtrorum deſideria ad omne opus perfectum: & ſitim carnalis concupiſcentiæ, æſtúmque mundanæ delectationis in nobis penitùs refrigera & extingue, Amen. *Pater, & Ave.*

ORATIO VIII.

O Jeſu! dulcedo cordium, ingénsque ſuavitas mentium; per amaritudinem aceti & fellis, quam pro nobis deguſtâſti: in hora mortis meæ concede mihi corpus & ſan-

ſanguinem tuum dignè percipere, ad remedium, & conſolationem animæ meæ, Am. *Pater*, & *Ave.*

ORATIO IX.

O Jeſu! regalis virtus, jubilúsque mentis, memento anguſtiæ, & doloris, quem paſſus es, quando præ mortis amaritudine & Judæorum inſultatione, cum magna voce, te à Deo Patre derelictum clamâſti dicens: *Deus meus, Deus meus! ut quid dereliquiſti me?* per hanc anguſtiam, peto te, ut

ut in anguſtiis meis non derelinquas me Domine Deus noſter, Amen. *Pater, & Ave.*

ORATIO X.

O JESU! Alpha & Omega, Virtus & Vita in omni tempore; recordare, quòd à ſummo capitis, usque ad plantam pedis, te pro nobis in aquam paſſionis tuæ demerſiſti. Propter latitudinem & longitudinem vulnerum tuorum, doce me in peccatis demerſum, per veram charita-

ritatem custodire latum mandatum tuum nimis, Amen. *Pater*, & *Ave*.

ORATIO XI.

O Jesu! abyssus profundissima misericordiæ; rogo te propter profunditatem vulnerum tuorū, quæ pertransierunt medullam ossium, ac viscerum tuorum, ut me submersum in peccatis emergas, abscondásque in foraminibus vulnerum tuorum à facie iræ tuæ, donec pertranseat furor tuus Domine, Am. *Pater*, & *Ave*.

ORA-

ORATIO XII.

O Jesu! veritatis speculum, signum unitatis, charitatísque vinculum, memento multitudinis innumerabilium vulnerum tuorum, quibus à summo capitis, usque ad imum pedis vulneratus fuisti, & sanctissimo sanguine tuo rubricatus; quam magnitudinem doloris in virginea carne tua pertulisti pro nobis, pie Jesu. Quid ultrà debuisti facere, & non fecisti! scribe, quæso, pie Jesu, omnia

omnia vulnera tua in corde meo pretiosissimo sanguine tuo, ut in illis legam dolorem tuum, & mortem, & in gratiarum actione usque in finem jugiter perseverem, Amen. *Pater, & Ave.*

ORATIO XIII.

O Jesu! Leo fortissime, Rex immortalis & invictissime, memento doloris, quem passus es, cùm omnes vires cordis & corporis tui tibi penitùs defecerunt, & inclinato capite: *Consummatum est*, di-

dixiſti. Per hanc anguſtiam & dolorem, miſerere mei in ultima conſummatione exitus mei, cùm anima mea anxiata fuerit, & ſpiritus meus conturbatus, Am. *Pater, & Ave.*

ORATIO XIV.

O Jeſu unigenite altiſſimi Patris, ſplendor & figura ſubſtantiæ ejus: memento obnixæ commendationis, quâ Patri ſpiritum commendâſti, dicens: *In manus tuas, Domine, commendo Spiritum meum;* & lacerato cor-

pore, & rupto corde, cum valido clamore, patefactis viſceribus miſericordiæ tuæ, pro nobis redimendis exſpirâſti. Per hanc pretioſiſſimam mortem, precor te Rex ſanctorum, conforta me ad reſiſtendum diabolo, mundo, carni & ſanguini, ut mundo mortuus tibi vivã, & in noviſſima hora exitûs mei, ſuſcipe ad te revertentem ſpiritum meum, exulem & peregrinum, Amen. *Pater, & Ave.*

ORATIO XV.

O Jesu! vitis vera, & fœcunda: memento superfluentis & abundantis effusionis sanguinis, quem tu, sicut de botro expressum, copiosissimè effudisti, quando in cruce torcular solus calcâsti, & lanceâ militari perfosso latere nobis sanguinem & aquam propinâsti; ità, ut minima gutta in te non remaneret; demum quasi myrrhæ fasciculus in altum suspensus fuisti, & delicata caro tua elan-

elanguit, & liquor viſce-
rum tuorum exaruit. Per
hanc amariſſimam Paſſio-
nem, & pretioſi ſanguinis
effuſionem, pie Jeſu, pre-
cor te, ſuſcipe animam
meam in agone mortis
meæ, Am. *Pater, & Ave.*

PERORATIO.

O dulcis Jeſu! vulnera
cor meum, ut pœni-
tentiæ & amoris lacrymæ
ſint mihi panes, die ac
nocte. Et converte me
totaliter ad te, ut cor me-
um perpetuò fiat tibi ha-
bitabile, & converſatio

tibi ſit placita, & accepta; ac finis vitæ meæ ità laudabilis, ut poſt hujus vitæ terminum, merear te laudare cum omnibus Sanctis in æternum, Amen.

O Domine Jeſu Chriſte! Fili Dei vivi, ſuſcipe hanc orationem in amore illo ſuperexcellenti, in quo omnia vulnera tui ſacratiſſimi corporis ſuſtinuiſti. Miſerere mei famuli tui; & omnibus peccatoribus, cunctíſque fidelibus, tam vivis, quàm defunctis, da miſericor-



diam, gratiam, & remiſſionem, & vitam æternam, Amen.

LITANIÆ
DE SS.
SACRAMENTO.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili, Redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.

San-

Sancta Trinitas unus Deus,
Panis vivus, qui de cœlo descendisti,
Deus absconditus, & Salvator,
Frumentum Electorum,
Vinum germinans virgines,
Panis pinguis, & deliciæ Regum,
Juge sacrificium,
Oblatio munda,
Agnus absque macula,
Mensa purissima,

Miserere nobis.

Angelorum eſca,
Manna abſconditum,
Memoria mirabilium Dei,
Panis ſuperſubſtantialis,
Verbum caro factum,
Habitans in nobis,
Hoſtia ſancta,
Calix benedictionis,
Myſterium fidei,
Præcelſum, ac venerabile Sacramentum,
Sacrificium omnium Sanctiſſimum,
Verè propitiatorium pro vivis, & defunctis,

Miſerere nobis.

Cœleſte antidotum, quô à peccatis præſervamur,
Stupendum ſupra omnia miraculum,
Sacratiſſima dominicæ paſſionis commemoratio,
Donum tranſcendens omnem plenitudinem,
Memoriale præcipuum divini amoris,
Divinæ affluentia largitatis,
Sacro-ſanctum, & auguſtiſſimū myſterium,

Miſerere nobis.



Pharmacum immor-
talitatis,
Tremendum, ac vivi-
ficum Sacramentū,
Panis omnipotentia
Verbi caro factus,
Incruentum Sacrifici-
um,
Cibus, & conviva,
Dulciſſimum convi-
vium, cui aſſiſtunt
Angeli miniſtran-
tes,
Sacramentum pieta-
tis,
Vinculum charitatis,
Offerens, & oblatio,

Miſerere nobis.

Spi-

Spiritualis dulcedo in proprio fonte degustata,
Refectio animarum sanctarum,
Viaticum in Domino morientium,
Pignus futuræ gloriæ,
Miserere nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine,
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab indigna Corporis, & Sanguinis tui susceptione, libera nos Domine.
A concupiscentia carnis, libera nos Dom.

A concupiſcentia o-
culorum,
A ſuperbia vitæ,
Ab omni peccandi
occaſione,
Per deſiderium, quo
hocPaſcha cum Di
ſcipulis manduca-
re deſiderâſti,
Per ſummam humili-
tatem, quâ Diſci-
pulorum pedes la-
viſti,
Per ardentiſſimam
charitatem, quâ
hoc divinū Sacra-
mentum inſtituiſti,

Libera nos Domine.

Per ſanguinem tuum pretioſum, quem nobis in altari reliquiſti,
Per quinque vulnera hujus tui Corporis ſacratiſſimi, quæ pro nobis ſuſcepiſti,
} Libera nos Domine.

Peccatores: Te rogamus, audi nos.

Ut nobis fidem, reverentiam, & devotionem hujus admirabilis Sacramenti augere, & conſervare digneris, Te rogamus, audi nos.



Ut ad frequentem u-
ſum Euchariſtiæ
per veram pecca-
torum confeſſio-
nem nos perduce-
re digneris,
Ut nos ab omni hæ-
reſi, perfidia, ac cor-
dis cæcitate libera-
re digneris,
Ut ſanctiſſimi hujus
Sacramenti pretio-
ſos cœleſtes fructus
nobis impertiri di-
gneris,

Te rogamus, audi nos.

Ut in hora mortis noſtræ
hoc cœleſti viatico
nos

nos confortare, & munire digneris, te rogamus, audi nos.

Fili Dei, te rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

℣. *Panem de cœlo præſtitiſti eis.* ℟.

℟. *Omne delectamentum in se habentem.*

OREMUS.

Deus, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue, quæſumus: ità nos Corporis, & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

LI-

LITANIÆ LAURETANÆ DE B. V. MARIA.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili, Redemptor mundi Deus, miſerere nobis,
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miſerere nobis.

Sancta Maria,
Sancta Dei Genitrix,
S. Virgo Virginum,
Mater Chriſti,
Mater divinæ gratiæ,
Mater puriſſima,
Mater caſtiſſima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentiſſima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,

Ora pro nobis.

Virgo fidelis,
Speculum justitiæ,
Sedes sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Janua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorū,

Ora pro nobis.

Consolatrix afflicto-
rum,
Auxilium Christiano-
rum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharũ,
Regina Prophetarũ,
Regina Apostolorũ,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum o-
mnium,

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis
peccata mundi, parce
nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis
pec-

peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, Ave Maria.

Sub tuum præſidium confugimus ſancta Dei Genitrix: noſtras deprecationes nê deſpicias in neceſſitatibus noſtris, ſed à periculis cunctis libera

nos ſemper, Virgo glorioſa, & benedicta; Domina noſtra, Mediatrix noſtra, Advocata noſtra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repræſenta.

℣. *Ora pro nobis ſancta Dei Genitrix.*

℟. *Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

OREMUS.

Gratiam tuam, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde, ut, qui Angelo nuntiante Chriſti Filii tui incarnationem

onem cognovimus, per passionem ejus, & crucem, ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Am.

℣. *Ora pro nobis, Beatissime Joseph.*

℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur; ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione

donetur, qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Ex S. Anſelmo.

Amore & deſiderio ad te piiſſima Virgo Maria ſuſpiro. Da mihi tui copiam, & amorem dulciſſima Domina, doce me, quâ reverentiâ te debeam cogitare, quo affectu ex te delectari, tibíque ſervire. Utinam ſic viſcera animæ meæ, dulci fervore tuæ dilectionis exardeſcant, ut viſcera carnis meæ exareſcant! utinā ſic

ſic intima ſpiritûs mei, dulcedine, tui affecta impinguentur, ut medullæ corporis mei exſiccentur! Domina mea, da mihi amore tui impinguari, ſuccendi, beatificari. Non deneges mihi id petenti, quo me confiteor indignum, ſed da amorem tuum ſupplicanti animæ, & reddam tibi, quod juſtiſſimè debeo. Impende mihi tuam ô Virgo gratiam, & fac cum Servo tuo miſericordiam, ut diligens te, diligar à te, & ut,

ſicut tu verè diligis me, ità & ego verè diligam te. Veneretur ergo te ſicut digna es, mens mea: diligat te ſicut æquum eſt, cor meum; ſerviat tibi, ſicut expedit, anima mea. Exultet in te, ſicut debet, caro mea, & in hoc conſummetur vita mea; ut in æternum ſalvetur tota ſubſtantia mea; fiat, fiat.

Alia S. Bernardi.

Salve Mater miſericordiæ, Domina mundi, Regina cœli, Virgo Virginum, ſancta ſanctorum, lumen

lumen cœcorum, justorum gloria, peccatorum venia, desperatorum reparatio, deficientium fortitudo, salus orbis, speculum totius integritatis salve. Tuæ quæso ô Maria sit pietatis, obtinere reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, adjutorium periclitantibus. Per te accessum habeamus ad filium tuum, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum

inte-

integritas tua culpam noſtræ corruptionis, & humilitas tua Deo tam grata, noſtræ veniam impetret vanitati, ac ſuperbiæ. Cupioſa charitas tua, noſtrorum cooperiat multitudinem peccatorum: & fœcunditas tua glorioſa fœcunditatem nobis conferat meritorum. O Domina noſtra, Mediatrix noſtra, Advocata noſtra, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos repræſenta. Fac ô Benedicta

dicta per gratiam, quam meruisti; per misericordiam, quam peperisti: ut qui te mediante dignatus est fieri particeps infirmitatis, & miseriæ nostræ, te quoque intercedente, participes nos faciat beatitudinis, & gloriæ suæ Jesus Christus Filius tuus Dominus noster, qui est super omnia benedictus in sæcula, Am.

Hymnus Innocentii III. ad B. V. Mariam.

Ave mundi spes Maria,
Ave mitis, ave pia,

Ave charitate plena,
Virgo dulcis & ſerena.
Sancta parens Jeſu Chriſti,
Electa ſola fuiſti
Eſſe mater ſinè viro,
Et lactare more miro.
Angelorum Imperatrix,
Peccatorum conſolatrix
Conſolare me lugentem,
In peccatis jam fœtentem.
Precor te Regina cœli,
Corde pio & fideli,
Me habeto excuſatum,
Apud Chriſtum tuum natum.
Nam peccavi illi ſoli,
O Maria Virgo noli
Eſſe mihi aliena,
Gratia cœleſti plena.
Eſto cuſtos cordis mei,
Signa me timore Dei,
Da peccata me vitare,
Et quod juſtum eſt amare.

Da ſpem firmam, fidem rectam,
Charitatémque perfectam,
Da, da Virgo finem bonum,
Quod eſt ſuper omne donum.

Eja roſa ſinè ſpina,
Peccatorum medicina,
Pro me natum interpella,
Ut me ſalvet à procella.

Hujus mundi tam immundi,
Cujus fluctus furibundi,
Omni parte me impingunt,
Et peccati zonâ ſtringunt,

Miſerere, miſerere,
Miſeratrix nam es verè:
Miſerere Miſeratrix,
Orphanorum mediatrix.

Ut dum inſtat hora mortis,
Adſis mihi Virgo fortis,
Adſis mihi Virgo cuſtos,
Et me loces inter juſtos.

Pre-

PRECES
VESPERTINÆ.

Pater noſter, &c. Ave Maria, &c. Credo, &c. Confiteor, &c.

Dignare Domine nocte iſta ſinè peccato me cuſtodire.

Miſerere mei Domine, miſerere mei.

Fiat miſericordia tua ſuper me, quemadmodum ſperavi in te.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

ORA-

ORATIO.

Visita, quæso, Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui me in pace custodiant, & benedictio tua sit super me semper. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritùs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Am.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Ezechiæ

Regi Juda te lacrymabiliter deprecanti vitæ ſpatium protendiſti; concede mihi famulo tuo, ante diem mortis meæ, tantum vitæ ſpatium, ut omnia peccata mea valeam deplorare, & veniam, ac gratiam te miſerante, merear impetrare, Amen.

O Jeſu mi dulciſſime! Jeſu Rex amātiſſime.

Tu quæſo, mecum maneas, hac nocte mecum dormias.

Ut corpus ſomnum capiat, & nunquam cor obdormiat. Præ-

Præſentem abſens videat, & malum omne caveat.

Me angelus cuſtodiat, & crucis ſigno muniat.

Hinc Sathan procul fugiat, & Jeſus ſolus maneat.

Quos amo tecum colligas, in lecto cordis foveas.

Nec me, nec illos deſeras, ſed benedicens protegas, Amen.

Ave ſanctiſſima Maria Mater Dei, Regina cœli, porta Paradiſi, Domina mundi, Tu es Virgo

ſingularis, & pura, Tu concepta ſinè peccato, concepiſti Jeſum ſinè macula, Tu peperiſti Creatorem, & Salvatorem mundi, in quo ego non dubito. Ora pro me Deum dilectum Filium, & libera me ab omnibus malis, Amen.

Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ, tu me juvando reſpice, peſtem, famem, bellum, flammam, & fulmen ſubmove, ac me ab hoſte protege, & horâ mortis ſuſcipe, Amen.

Obſecro te Angelice Spiritus, Cuſtos, & Tutor meus fidelis, ut me cuſtodiæ ac protectioni tuæ ex divina voluntate commiſſum, viâ pacis, proſperitatis, ac ſalutis hodie (vel hac nocte) ſempérque dirigas, atque ab omni ſpiritu malo, & gravi tentatione defendas. Asſiſte mihi fideli cuſtodia, ut te adjuvante ſentiam efficax Dei auxilium, quo ſalver à lapſu, & periculis; in gratia verò, boníſque operibus, & Dei Cre-

atoris mei cultu, & amore conſtans maneam, donec ad viſionem ejus in cœleſti patria perveniam, eúmque unà tecum, & Sanctis omnibus laudem, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Omnes SS. Patroni mei, mihi ſingulariter electi & dilecti! congaudeo, & congratulor ex animo gloriæ & felicitati veſtræ; ſed & ſuſpirat, & anhelat ad vos gemens, ac tremens anima mea inter tot hoſtes, & vitæ meæ diſcri-

ſcrimina, vos mei clientis veſtri memores obtinete mihi gratiam Dei validam, qua adjutus & ego ſequar veſtigia veſtra, & fortiter hoſtibus meis mundo, carni, & dœmoni reſiſtam, nec unquam illorum viribus ſuccumbam, ſed Chriſto Salvatori meo ad mortem usque exemplo veſtro conſtanter adhæream; & dum ego tantisper quiesco, & ſileo, vos me Deo commendate, ut protegar ab hoſtibus meis, qui nobis dor-

 mien-

mientibus ſemper vigilant parati ad nocendum; ſit Deus protector noſter, & nulla nobis adverſitas nocere poterit.

JESUS ✠ MARIA.

Benedicat me Dominus, & cuſtodiat me, oſtendat mihi faciem ſuam, & miſereatur mei, convertat vultum ſuum ad me, & det mihi pacem: Dominus benedicat me, & liberet me ab omnibus malis, ſecundùm fidem meã; quia ſi poſſum credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.

In nomine Patris ✠ & Filii, ✠ & Spiritûs ſancti, ✠ Amen.

In memoriam quinque vulnerum Chriſti crucifixi.

Pater, & Ave, &c.

DOmine Jesu Chriſte per illum ſudorem, & angorem paſſionis tuæ, quem ſuſtinuiſti in cruce, & maximè, quando anima tua egreſſa eſt de corpore tuo ſancto, libera me à ſubitanea, & improviſa mala morte, & miſerere animæ meæ in egreſſu ſuo, Amen.

In honorem, & reverentiam Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, Pater, & Ave, &c.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparâsti, quæsumus, ut sicut ex morte ejusdem Filii tui prævisa, eam ab omni labe præservâsti, ità nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

J. N.

J.
N. ✠ R.
J.

Qui Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis, naſcens ex Maria Virgine, per ineffabilem pietatem, & miſericordiam ſuam piiſſimam, & per interceſſionem ejusdem beatæ Mariæ Virginis, & Angelorum ſanctorum omnium, & maximê Apoſtolorum, & Euangeliſtarum ſuorum, Joannis, Matthæi, Marci, & Lucæ, ipſum

ſum quæſo, ut dignetur me liberare, & conſervare ab omni infeſtatione Sathanæ, & miniſtrorum ejus. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris ✠ & Filii ✠, & Spiritûs ſancti ✠ deſcendat ſuper nos, & fructus terræ, & maneat ſemper, Amen.

Laus Deo, honor Mariæ, gloria Sanctis, pax vivis, requies defunctis, ſa-

lus

lus infirmis, tranquillitas in aëre, & mari, prospe-ritas in domo, & in via: nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria, Am.

Miserere mei Deus, &c. ùt p. 79.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, verus Deus, & Homo, Creator, Redemptor, ac Salvator meus, solo amore tui, doleo ex toto corde, quòd te Deum Creatorem meum offenderim, quem amare debui, & volo super omnia; firmiter

miter ergo ſtatuo, ac propono, ſolo amore tui non ampliùs peccare, omnes peccandi occaſiones devitare, peccata mea confiteri, pœnitentiam injunctam exſolvere, & ſi quid alicui debeam, reſtituere. Amore etiam tui remitto omnem injuriam à quocunque mihi illatam; inſuper ad expianda peccata mea offero Majeſtati tuæ vitam, labores, & ſudores, ac opera mea bona univerſa; ùt verò humillimè peccatorum

rum meorum veniam efflagito, itá confido ea ab infinita tua bonitate mihi esse remittenda, præstandam etiam gratiam, quâ vitam meam seriò emendem, & in sanctissimo tuo servitio constanter in finem usque perseverem, Amen.

Laus Deo et Hon[or] Mariæ



Stróżu Arki Bożey
Patryarchow Ozdobo
Swiadku Narodzenia Twego
Opiekunie P. Jezusa

O
Ad Jesum Crucifixum
Domine Jesu Christe! propter
illam amaritudinem mortis,
quam pro me sustinuisti
in Cruce, maxime in illa hora
hora, quando nobilissima
Anima tua egressa est de
Corpore tuo: miserere animae
meae, in egressu suo, et perduc
eam in vitam aeternam,
amen
3 Pater. & Ave. Credo.

ra mea bona universa; ùt
verò humillimè peccato-
rum

Litania
o Swiętym Iozefie.

Kyrie eleyson, Chryste eleyson,
Kyrie eleyson.
Chryste usłysz nas.
Chryste wysłuchay nas.
Oycze z Nieba Boże zmiłuy s. nm.
Synu Odkupicielu Swiata. Boże zm.
Duchu S. Boże. zmiłuy się nad nami.
S. Troyco iedyny Boże. zmiłuy się nad nami
S. Marya Modl się za nami.
S. Boża Rodzicielko.
S. Panno nad Pannami.
S. Jozefie Oblubieńcze P. Maryi
Plemię Dawidowe
Cudo Czystości
Stróżu Arki Bożey
Patryarchow Ozdobo
Swiadku Narodzenia Twego
Opiekunie P. Jezusa

Modl się za nami

Szafarzu pokarmu Wybranych Bożych. M.
Ktoryś od Anioła był przestrzeżony o P.
Maryi, iż z Ducha S. poczęła Módl się za n.
Ktoryś bolał przy Obrzezaniu Jego M. s. z n.
Ktoryś bolał słysząc: iż P. Maryi serce
miecz przebościć miał, Módl się za nami.
Ktoryś uciekał do Egyptu, Módl się za nami.
Ktoryś się obawiał Syna Herodowego. M. s. z n.
Ktoryś przez trzy dni P. Jezusa szukał. M. s. z n.
Bądź nam miłościw. Odpuść nam Panie.
Bądź nam miłościw. Wysłuchay nas Panie.
Od wszystkiego złego, Wyzwol nas Panie.
Przez przyczynę S. Jozefa, Wysłuchay nas Pan.
Abyśmy woli Twoiey we wszystkim, w
miłości prawdziwemi Naśladowcami byli
Wysłuchay nas Panie.
Baranku Boży, ktory gładzisz grzechy
świata, Przepuść nam Panie.
Baranku Boży, ktory gładzisz grzechy
świata, Wysłuchay nas Panie.
[illegible]anku Boży, ktory gładzisz grzechy
[illegible], Zmiłuy się nad nami.

Chryste usłysz nasze prosby.
Chryste wysłuchay Modlitwy nasze.
Kyrie eleyson, Chryste eleyson
Kyrie eleyson.

Jezus, Marya, Jozef.


W. Modl się za nami S. Jozefie. &c.

Modlmy się

Za przyczyną Jozefa S. Oblubienca
P. Maryi, prosiemy Cię Panie Boże
wysłuchay prosby naszey i stań się nam
miłosiernym i dobrotliwym, tak iakoś
się dla Abrahama, Izaaka i innych
Oyców obiecał. Przez Chrystusa Jezu-
-sa Pana naszego, ktory z Tobą żyie
i kroluie na wieki &c. Amen.

5000





5000




Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej
08096

